lid. Barth. Socinus l. cum avus num. 104. in fin. ff. de condit. & demonst. Idem Corne. cons. 28. num. 9. vol. 4. Berojus cons. 114. in fin. vol. 2. Alciat. cons. 53. num. 17. lib. 9. Tiraquel. de privileg. pia causa privileg. 95. nu. unico Rebuff. repetit. c. Raynutius num. 116. de testam. Bernardus Diaz regul. 219. volum. 4. vers. 2. contra Costa c. si pater 1. p. verb. si absque liberis num. 2. in fin. de test. in 6. Cuvar. lib. 1. variar. c. 19. nu. 7. in fine, Villalobos in suis communib. littera M. verb. monasterium n. 195. Cephalus cons. 7. n. 14. vol. 1. D. Anton. 3. p. tit. 10. c. 3. §. 10. Angel. sum. verb. oneri n. 14. & ibi Tabiena q. 10. n. 11. Armil. verb. hereditas nu. 20. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 7. n. 12. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. n. 47. & n. ult. in fin. Montesperel. cons. 252. n. 12. vol. 1. Peregrin. de fideicommiss. art. 28. num. 48. Vincent. de Franch. decis. Neapol. 29. in fin. part. 1. Sfort. Oddo de compend. subst. p. 6. q. 2. art. 6. dub. 2. num. 21. Honded. cons. 62. num. 53. vol. 1. Gutier. qq. canon. lib. 1. c. 32. num. 29. Surd. cons. 238. n. ult. vol. 2. Spino specul. test. gloss. 14. principali num. 124. Palacios libr. 6. de contract. caps. 6. col. 2. vers. item si quis substituat. Tap. dict. auth. ingressi verbo sua cap. 13. num. 29. & duplici seq. Molin. tom. 1. de just. disp. 190. col. 14. vers. deinde si pia causa, Leonard. lib. 2. de just. c. 41. dub. 10. num. 84. Sed ut generaliter diximus *numer.* 19. non admitteretur causa illa pia usque ad naturalem professi mortem, & interim monasterium habebit bona; quia ea dilatio etsi operari nequeat substitutionis extinctionem per prœviam substituti mortem, si causa pia substituta sit Ecclesia, monasterium, aut Xenodochium, cum hæc mori nequeat: at operabitur monasterii, in quo monachus est professus, utilitatem, quod potiatur illis bonis, dum ille monachus est professus, utilitatem, quod potiatur illis bonis, dum ille monachus vivesit? Et in propriis terminis alterius monasterii substituti, tenet *Barth. Socinus d. l. cum avus n. 104. in fine.*

35 Quæ quidem sententia locum habet, etsi causa pia substituta sit minus pia, quam monasterium; adhuc enim ab illo non excluderetur, quia cum constitutio hæc excludens substitutum, sit exorbitans à jure, ut probavimus *nu.* 27. sat est si locus substitutus sit pius, etsi non æquè pius. Sic *Alib. n. 40. Anton. Decius, Tiraquell. Sfort. Oddo, Peregrin. Honded. nu. 54. Tap. nu. 33. Gutiter. num. 40. Mantic. ubi num. præced.* allegati sunt.

36 Habet étiam verum, etiamsi pia causa non esset immediatè substituta, sed mediatè, ut si immediatè substituatur pia causa, quippe prior ille substitutus præterii debet monasterio, ut locus detur substitutionis alterius piæ causæ posteriori loco factæ, conditione substitutionis eveniente; sic *Gutier. eo cap. 35. num. 40.* & id posse defendi ait *Costa vol. c. si pater 1. p. verb. si absque liberis num. 69.* hæc tenet *Peregrin.* allegato *Corneo, de fideicommiss. art. 28. nu. 84. in fin.* Sed non ita generaliter loquitur, sed quando substitutio prioris non haberet defectum.

37 Quod si testator partim substituisset causam piam, & partim profanam, gravato profitenti postea in religione capaci, si causæ illæ substitutæ non sint re, aut verbis conjunctæ, quia ad diversas omnino res substituuntur, tunc monasterium succedet in eam partem causæ profanæ, & causa pia succedet in suam, quia monasterium à sola causa pia potest excludi. Si autem utraque causa conjuncta esset, & re, & verbis, quia nimirum in eadem oratione in eamdem rem in solidum utraque causa substituitur, ut substituo in hanc domum, vel in hanc hæreditatem, talem, & talem personam, aut locum, §. *si eadem res infin. de legatis*, aut sola re, quia nempe eadem res in solidum, diversis tamen rationibus, utrique legatur, ut, substituo in hanc domum, vel hæreditatem, talem personam, aut locum, & in eadem substituo talem personam, aut locum, in quo eventu, etsi in totam rem quælibet substituatur, succedit tamen quælibet pro parte, *l. re conjunct. 80. ff. de legatis 3.* aut solis verbis, ut si in eadem oratione utraque substituatur in eamdem rem, non tamen in solidum, sed æquis portionibus *l. re conjunct. 80. ff. de legatis 3.* ut, substituo talem, personam, aut locum in hanc hæreditatem, vel domum pro æquis portionibus: & redditur ibi ratio, cur tunc non dicantur re conjuncti, quia quilibet substitutus habet ab initio partem designatam. Quando ergo causa pia, & profana sunt conjunctæ, sive re, & verbis, sive sola re sive solis verbis, pius locus jure accrescendi, vel non decrescendi succedet huic monacho, cum naturaliter obierit in totam illam hæreditatem, excluso penitus monasterio, quia cum per professionem religionis evanescat substitutio illa loci profani, succedet regula, ut quando legatum, vel fideicommissum efficitur caducum in persona unius ex conjunctis, acquiratur alteri conjuncto, juxta *l. unicam, §. sin autem. C. de caducis tollend.* quæ regula quoque locum habet, quando de jure speciali conjunctus admittitur, & capit ex defuncti voluntate, juxta *Bart. Bald. Imol. Socinus l. mulieri, & Titio, ff. de condit. & demonstr.* quod contingit in illo loco pio, qui ex expressa defuncti voluntate capit, utpote qui ab eo substitutus est: & ideo, quamvis admittatur de jure speciali, nempe quia est exceptio specialis favore piæ causæ à regula statuta *in d. §. sed & hoc præsenti*, nempe, ut substitutus sub conditione, si decedat sine liberis, excludatur per monasterium, in quo postea gravatus professionem emisit, habebit locum hoc accrescendi jus; quinimo, ut bene advertit *Corneus statim allegandus*, potius admittitur locus pius ex jure communi, quia jus commune est, ut mortuo gravato absque liberis admittatur substitutus; & jure speciali est favore monasterii inductum, ut id deficiat, succedatque monasterium, in quo gravatus est professus: exceptio autem causæ piæ substitutæ militat id jus speciale, ac proinde reducit rem ad jus commune, & ideo potius debet censeri jus commune, quam speciale. Et ideo hanc partem sustinent *Corneus cons. 28. n. 10. & duplici seq. vol. 4. Peregr. de fideicommiss. art. 28. n. 56.* Sed fortiter obstat, quia non evanescit substitutio ob incapacitatem rei profanæ substitutæ, aut quod ipsa non acceptarit, aut quod obierit; sed solum favore monasterii, quod præfumit jus præterendum à testatore illi rei substitutæ, sicut & illi filios gravati præfulit: ac proinde monasterium subintrat in locum illorum filiorum; At nullus favor monasterii redundat, quando ipsum non succedit: ergo tunc aut non excludetur substitutus profanus, aut si excludatur, prout est necessario dicendum, id erit in monasterii favorem, ut ipsum succedat. Secundo, quia si supereressent filii, non esset locus substitutioni: at monasterium subintrat in locum illorum filiorum, respectu rei profanæ substitutæ: ergo respectu illius habebitur, ac si filii supereressent. Hi autem succederent excluso eo loco profano, in eam partem ergo & monasterium. Sed his non obstantibus prædicta doctrina est verissima: & ad primum respondeo, non esse mirum in jure, ut vincenti non prosit sua victoria, sed alii; nam casus est de hoc *l. filius 22. ff. de inoff. testam.* ibi; *quamvis alii victoriæ commodum parat.* de quo textu est consulendus *Pinellus l. 2. p. 1. nu. 21. C. de bonis maternis*, & melius habetur *l. posthumus, 6. §. si quis ex his ff. eod. tit.* ibi: *si quis ex his personis, quæ ad successionem ab intestato non admittuntur, in inofficioso egerit, & casu obtinuerit, non ei proficit victoria, sed iis, qui habebant ab intestato successionem, & c. auctoris. de conces. præben. in 6.* ibi, *licet enim ex persona sua secundus, primam obtinere non posset, ex persona tamen tertii, qui primum superat, illam habet.* Sic ergo quamvis ea causa pia conjunctim substituta cum persona nequiret vincere profanam, sed quælibet successura esset pro parte; at monasterium vincit, & excludit profanam: & cum monasterium non vocetur à testatore, nec expressè, nec tacitè, ut *n. 43.* declaravimus, sed solum succedere debeat, quasi conditione illa sublata, ea causa pia substituta conjunctim cum profana, invenit excusam causam profanam, nec alium vocatum, & sic juvatur regula juris habente, ut excluso altero conjuncto succedat alter in solidum: & ideo per accidens excluso illa in monasterii favorem inducta, non operatur in hoc casu aliquem monasterii favorem, sed causæ piæ substitutæ. Ad secundum dico, diversam esse rationem, quia si veri filii extarent, cum revera deficeret conditio, excluderetur non solum causa profana, sed etiam pia, ac proinde nullus supereresset substitutus, cui jus accrescendi competeret. At monasterium non excludit causam illam piam.

38 Quinto limitatur, nisi substitutus fuerit testatoris filius; tunc enim succederet ille excluso monasterio. Hanc limitationem quidam rejiciunt dicentes, adhuc succedere monasterium, & excludi substitutum. Ducuntur, quod in re dubia potiùs favendum monasterio, *l. sunt pers. tit. de relig. & sumpt. fun.* Cum ergo res hæc dubia sit, potiùs est eligendus favor monasterii, ut illud excluso filio substituto succedat. Secundo, quia §. *sed & hoc præsenti auth. de sanctiss. Episcop.* sola pia causa substituta excipitur, quæ anteponitur monasterio, & ipsum excludit; ergo firmabit regulam in aliis casibus non exceptis. Tertio, quia excepta filiorum legitima, præsumitur testatorem plus diligere Ecclesiam, quam filios suos, ut multis citatis tradit *Menochius de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. n. 44.* Ergo non est in hoc eventu præfumpto pro filio substituto contra Ecclesiam. Et ideo hanc partem sustinent *Bald. & Faris.* quos refert *Menochius ea præsumpt. 83.* & tenet *Decius cons. 426. à nu. 8. usque ad finem vol. 3. Costa c. si pater 1. p. verb. si absque liberis nu. 64. de testam. in 6. Greg. Lopez. l. 10. verb. dexase, tit. 4. p. 6.* inducitque illam legem ad hoc probandum; sed mea sententia nil confert ad hoc *Menochaca de succes. creat. lib. 3. §. 21. nu. 170. vol. 3. Sfortias Oddo de compendiosa sustitutione p. 6. qu. 2. art. 6. dub. 2. nu. 21. vers. contrarium igitur. Spino speculo test. glos. 14. principali n. 126. Molin. tom. 1. de just. disp. 190. col. 14. vers. multi quos*, additque proculdubio hanc partem esse tenendam, quia *c. in præsentia de probationib.* deducitur, gravato filio, ut si absque liberis decedat, restituat hæreditatem duobus suis fratribus, excluduntur hi fratres à manasterio, & sic descendentes testatoris filio illo profitente. Sed verè deceptus est, quia non fratres ipsius gravati, sed fratres testatoris sunt substituti; & sic non loquitur de substitutis descendentibus. Eidem sententiæ favent alii, absolutè, & indistinctè dicentes substitutum excludi, quamvis testatoris consanguineus sit. Hi sunt *Innocent. d. cap. in præsentia n. 8. & ibi Hostiens. n. uli. Joan. Andr. nu. 27. Anton. num. 60. Bald. num. 5.*

39 At verior est limitatio prædicta, ut filius testatoris substitutus minimè excludatur, sed succedat in ea excluso monasterio. Ducor ex *l. cum avus ff. de condit. & demonstrat.* ubi deciditur, descendentem gravatum restituere hæreditatem post ejus mortem non teneri restitutioni, si ipse liberos habeat, ratione tacitæ conditionis sub intellige, nisi liberos habuerit; quod habeat, verum, quamvis jus Ecclesia, aut alius pius locus substituatur, ut multis citatis,

tatis. dicens esse frequentissimam sententiam, tradit *Mantica de conject. ult. vol. lib. 10. tit. 7. num. 3. & lib. 11. tit. 7. num. 13. in fine* quamvis non desint contradicentes, & si excluditur tunc monasterium habens expressam testatoris substitutionem à liberis ex tacita conjectura pietatis in filios gravati, multo fortius debet excludi monasterium per ipsum filium expresè substitutum; si quidem in hoc eventu monasterium non habet expressam vocationem, & si quam deberet habere, est ex præsumpta testatoris voluntate, & multo facilius cessat tacita voluntatis præsumptio, quàm ipsa expressa voluntatis. Secundò, quia (ut egregiè dixit *Bald. c. in præsentia, num. 10. in fine de probat.*) favor liberorum substitutorum est naturalis; favor autem monasterii est civilis, & minor favor respectu majoris dicitur odium *l. si apud, ff. de minor.* ergo prævalet filiorum substitutorum favor. Tandem, quia contraria non obstant. Nam ad primum respondetur ex doctrina *Decii cons. 259. num. 5. vol. 2.* id non habere verum in filiorum præjudicium. Ad secundum dic, ex simili ratione, immò, & majori, conferi exemptum quoque hunc casum ex præsumpta testatoris voluntate, cum favor filiorum prævaleat favori piæ causæ. Ad tertium dic, quidquid sit de illo principio, cessare eam præsumptionem in hoc eventu, cum substituens descendentem videatur velle, ut in sua posteritate maneant illa bona. Et ideo hanc partem sustinent *Bart. auth. ingressi, in 2. lectur. n. 55. C. de sacrof. Eccles. Bald. toto cons. 196. vol. 1.* subdens in fiine, ita fuisse judicatum *Fulgos. cons. 53. in fine Ale. cons. 21. n. 12. vers. hanc partem vol. 2. Bart. Socin. d. l. cum avus, n. 104. in fine Ripa l. ex facto, §. si quis rogatus, el 1. n. 41. ff. ad Trebell. Alciat. l. gallus, §. & quid si tantum, in 2. lect. n. 7. ff. de liber. & posth. Berojus d. c. in præsentia, n. 458. & 492. & cons. 11. in fine vol. 2. Grat. cons. 111. n. 59. & 60. vol. 2. Tiraquel. l. si unquam, in verb. libertis, in nova edit. n. 91. C. de revocand. donat. Paris. de Puteo decis. 55. n. 4. lib. 1. Bimius cons. 17. à n. 6. vol. 1. Berengar. in c. unico de filiis natis in matrim. ad Morganatica contract. in præludio, c. 10. n. 13. Joan. Dilect. de arte testand. tit. 5. cautel. 18. num. 4. Bertazzol. cons. 25. n. 31. vol. 1. Anguissol. cons. 64. n. 2. & cons. 176. n. 1. vol. 1. Pancirol. cons. 114. n. 6. vol. 1. Paulil. l. cum acutissimi, n. 8. C. de fideic. Cavalcan. decis. 1. n. 1. p. 3. Mantic. d. l. 11. tit. 7. n. 13. Menoch.* relatissime utrinque disputata, *de præsump. lib. 4. præsump. 83. n. 44. Vincent. de Franch. dec. Neapol. 29. n. ult. lib. 1. Gutier. qq. canon. lib. 2. c. 32. n. 35. Peregrin. de fideic. art. 28. n. 87. & cons. 59. à n. 3. usq. in finem vol. 3. decis. Pedemont. Octavian. 126. num. 26. & 27. Alphan. collectan. 473. Cald. de nominat. emph. q. 6. n. 11. Camill. Borell. cons. 33. n. 103. vol. 1.* ubi bene addit, idem esse, si alii testatoris defendentes substituti sint, *Tapia d. auth. ingressi verb. sua. c. 13. n. 45. Manuel qq. regul. tomo 2. q. 77. art. 4.* & alii, quos ii referunt, *Fabr* citatus suprà *n. 4. in fine.*

40 Et quamvis prædicti Auctores loquantur de filio substituto, rationes ab eis traditæ procedunt quoque in aliis descendentibus substitutis, ii enim præferuntur monasterio, illudque excludunt: atque ita docent *Peregrin. decis. Pedemont. eo, n. 27. in fine Pancirol Fabr. n. preced. allegati.*

41 Quidquid tamen sit de hac re, in duplici casu est absq; dubio amplè tenda hæc posterior sententia. Prior est, quando in regno Castellæ testator filium, aut descendentem melioraret in tertia bonorum parte, cum gravans, ut absque liberis decedens restituat alii testatoris descendenti, si talis filius in religione profiteatur, minimè excluditur à monasterio descendens substitutus, quia tertium illud in hoc regno est descendentium legitima: atque ita superstite aliquo testatoris descendente, non est integrum in alium alienare *l. reg. 27. Taur.* hodie *l. 11. tit. 6. lib. 5. nova recopil.* Atque ita docent *Costa d. c. si pater. 1. p. verb. si absque liberis, n. 66. Meres de majorat. in priori edit. p. 2. q. 3. num. 32. Gutierr. qq. canon. lib. 1. c. 32. n. 35. Molina tomo 1. de just. disp. 190. colum. 14. vers. præterea si testator.*

42 Posterior est, quando gravatur descendens, ut absque liberis decedens restituat alteri descendenti, atque hic posterior, ut absque liberis obiens restituat cuidam operio pio, tunc gravato postmodum profitente, non succedet monasterium, excluso illo substituto. Ratio est, quia causa pia substituta excludit monasterium, ut diximus *num. 32.* Sed ille descendens substitutus præfertur expressa testatoris voluntate causæ piæ: ergo à fortiori præferetur ex præsumpta ejus voluntate monasterio; quia si vinco vincentem te, à fortiori vincam te. Atque ita docent *Costa eo, verb. si absque liberis, n. 67. Gutierr. eo, c. 32. n. 37. Menoch. eadem præsumpt. 83. num. 43. ad finem, Molina ea. disp. 190. col. penult. vers. merito.*

43 Tandem, etsi descendens substitutus præferatur monasterio, & sic hoc non succedat in ea bona in omnibus casibus dictis, monasterium succedendi capax retinebit ea durante naturali professi illius gravati vita, & si interim obierit substitutus, retinebit in perpetuum, ut generaliter tradidimus *num. 10.* & docent in hoc specialiter casu *Bart. Socin. l. cum avus, n. 104. ff. ff. de cond. & demonstr. Boerius cons. 114. in fine vol. 2.*

44 Sexto limitatur, nisi testator substituerit aliquem de sua familia, adjiciens velle ea bona perpetuo in familia conservari: tunc enim censetur velle, ut excluso monasterio succedat substitutus, quippe monasterium incapax est conservandæ agnationis, & familiæ; & ita tradunt *Dec, cons. 259. n. 2. & 3. vol. 2. Ripa l. ex facto §. si quis rogatus, el 1. n. 40. ff. ad Trebell. Alciat. l. gallus, §. & quid si tantum, in 2. lectur. n. 7. ff. de liber. & posthum. Berojus in suis qq. 34. n. 1. Covarr. 1. variar. c. 19. n. 11. Joan. Dilectus de arte testan. tit. 5. caut. 18. n. 3. in fine Paris. de Puteo decis. 55. n. 40. lib. 1. Meres de majorat. in 1. edit. 2. p. q. 3. n. 22. Padill. l. cum acutissimi, n. 44. C. de fideic. Burs at. cons. 97. n. 24. lib. 1. Vincent. de Franc. decis. Neapol. 29. n. 8. p. 1. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 7. n. 21. Menchaca de succes. creat. lib. 3. §. 21. n. 116. in fine & 169. Peregrin. de fideicomm. art. 28. n. 76. & cons. 23. n. 15. vol. 3. Fulvius Facian. cons. 36. n. 128. vol. 1. Mandel. cons. 493. n. 2. vol. 3. Menochius de præsump. lib. 4. præsump. 83. n. 45. Sfort. Oddo de compendios. substit. p. 6. q. 2. artic. 6. dub. 2. num. 26. Cavalcan. decis. 1. n. 37. p. 3. Pancirol, cons. 114. num. 5. lib. 1. Cabedo in decis. Lusitan. p. 1. decis. 133. num. 9. Gutierrez qq. canon. lib. 1. c. 32. num. 29. Cald. de nomin. empyt. c. 6. num. 12. Alvarad. de conject. mente defunct. lib. 1. c. 3. in principio num. 1. Cavall. in suis communib. q. 193. n. 3. Tapia d. auth. ingressi, ver. sua c. 13. n. 18. C. de sacros. Eccles. Camill. Borell. cons. 33. num. 108. vol. 1. Vivius, in commun. opinion. §. substitutus sub condizione, in fine.*

45 Utrum autem in hoc eventu succedat statim post professionem excluso monasterio substitutus, an potius bona illa retenturum sit monasterium, dum monachus vixerit, diximus supra.

46 Septimo limitatur, nisi gravatus ille ante professionem testatus sit, instituendo hæredem extraneum; tunc enim non excluditur substitutus. Hanc limitationem dicit esse dubiam *Menochius præsumpt. lib. 4. præsump. 83. n. 75.* quia, inquit, contra illam facit, quod hæredis gravati nulla esse possit de illis bonis dispositio in monasterii detrimentum, utpote quod illa habeat à lege ex præsumpta testatoris voluntate: Ergo ad substituti exclusionem exigitur, ut monasterium in bona professi succedat, & sic habeatur pro hærede, ut diximus *num. 22.*

47 Sed prædicta limitatio est admittenda ob rationem superius dictam. Nec obstat primum, quia id intelligitur, quando monasterium habeat bona professi, quasi illius hæres. Nec etiam obstat secundum, quia respondeo, monasterium non censeri in hoc casu vocatum contra gravati testamentum, sed casu, quo ille non testetur: Tum quia esto demus censeri loco filii, & sic faciat deficere conditionem, at id efficiunt liberi positi in ea conditione, si decesserit sine liberis. Verior sententia habet liberos positos in ea conditione non censeri quoque vocatos contra gravati testamentum, sed solùm ab intestato, cùm conditio nihil ponat in esse, ut potest videri in *Mantica de conject. ult. volunt. l. 11. tit. 2. n. 1. & in Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsump. 76. n. 14.* ubi innumeros hujus sententiæ patronos referunt. Tum etiam, quia etsi contrarium multi quoq; sentiant in liberis positis in conditione, quos referunt ibi *Mantic. eo. nu. 1. & Menoch. nu. 2.* at longè diversum est in monasterio, quod non censetur positum in conditione, quasi esset filius, nec hac ratione excludit substitutum, sed jure speciali, quo præsumit lex id fore præponendum substituto, si testator meminisset & sic habetur conditio, si absque liberis decesserit, pro non scripta, quatenus est in monasterii præjudicium, ut explicuimus *num. 8. in fine.* At ea conditione non scripta, quatenus est in monasterii præjudicium, illud non succederet, quando gravatus professus alium hæredem instituisset, sicut nec tunc succedit in reliqua professi bona. Et ideo hanc partem sustinent *Bald. auth. nisi rogati, n. 20. C. ad Trebell. & ibi Paul. n. 5. Corn. num. 12. Alciat. l. gallus, §. & quid si tantum, in 2. lectur. n. 7. ff. de liber. & posth. Decius cons. 259. num. 6. in fin. vol. 2. Jo. Dilectus de arte testandi, tit. 5. caut. 18. in fin. Peregr. de fideicommiss. art. 28. n. 65. Mantica de conject. ult. volunt. l. 11. tit. 7. num. 14. Cavalcan. decis. 1. num. 40. p. 3. Surd. cons. 238. num. 1. vol. 2. & de aliment. tit. 2. q. 15. n. 159.* ubi & alios refert.

48 Quod si solam illorum partem reliquit gravatus extraneo, in illam non succedet monasterium, nec excludetur substitutus. Sic *Bald. Mantic. Peregr. allegati num. præcedenti. Surdus de aliment. tit. 2. q. 15. num. 159.*

49 Non tamen succedit substitutus in ea bona, usque ad naturalem professi mortem, ut bene *Surd. cons. 238. n. 3. & 6. vol. 2.* ubi, & alios refert, & constat ex dictis *n. 10.* Quod quidem intelligendum esse censeo, quando gravatus ille generaliter hæredem extraneum instituerit, quia institutio illa non esset fructranea, quamvis hæc bona, quæ testator gravatus erat post mortem suam restituere, non consequatur hæres ille extraneus: obtinebit enim alia, de quibus testator disponere poterat. Quare dum ille naturaliter in religione vivit, ea obtinebit monasterium, eo autem mortuo succedet in ea substitutus. At si specialiter ea bona, quæ gravatus est post mortem restituere substituto, reliquisset alicui extraneo, ea nullo tempore obtinebit monasterium, sed à tempore professionis, usq; ad mortem naturalem professi illius, obtinebit ille, cui professus reliquerat: post professi autem mortem admittetur substitutus. Ratio autem est, quia quoties relictum esset inutile, & fructraneum, si non esset exequendum à tempore professionis, est manifesta conjectura voluntatis testatoris, ut ex tunc exequutioni mandetur, ut diximus hoc lib. supra. At hujusmodi est hoc relictum, cum non possit gravatus de illo disponere post mortem suam, ut expressè habetur *l. 3. §. sed quia C. commun. de leg.* eo quod ex tunc succedat in illud

subſtitutus. Ergo ne diſpoſitio ſua ſit fruſtranea, & inutilis, eſt explicanda, ut ea bona pertineant à tempore profeſſionis ad illum, qui ea relinquit.

50 Sed, quod ſi hic ante ingreſſum religionis donarat ea bona matri, vel alii? *Tapia auth. ingreſſi verb. ſua, c. 13. n. 10. C. de ſacroſ. Eccl.* ait valere donationem, & excludi ſubſtitutum, & refert *Vincentium de Franch. dec. 14. Neapol. n. 6. p. 1.* ſed falſo refert, quia nihil de hoc ibi dicit. Et reddit rationem, quia ex quo monaſterium erat ſuccedendi capax, poterat renunciare juri ex illa hæreditate ſibi competenti; & bene quidem ait intelligendos, quando monaſterium renunciarit huic juri in matris favorem; & hoc ſolùm intelligere denotat ejus ratio. At ſi ſolus ille gravatus renunciaſſet, non excluderetur ſubſtitutus, quia ejus diſpoſitio nequit præjudicare juri ſubſtituti, ut diximus *n. præcedenti.*

51 Octavò limitatur, niſi conditioni aliquid adjiciatur, ex quo appareat teſtatorem de filiis veris, & naturaliter genitis intelliexiſſe, ut ſi dicat; ſi abſque liberis ex te legitimè deſcendentibus, aut ex tuo corpore natis, aut legitimis, aut maſculis deceſſerit, ſubſtituo Titium. Tunc enim ajunt nullatenus ſucceſſurum monaſterium, ſed eo excluſo ſubſtitutum. Ducuntur, quia ubi habemus clarum teſtatoris ſenſum ex ejus verbis, non admittitur quæſtio voluntatis, *l. ille, aut ille § cum in verb, ff. de legat.* 3. at in hoc eventu expreſſis verbis teſtator declaravit ſe non intelligere de filio ſuo, qualis eſt monaſterium: ſed de filiis veris. Ergo monaſterium nequit comprehendi in illa conditione ad ſubſtituti excluſionem. Et ideo hanc ſententiam tueri videtur *Bart. l, hæredib, 77. num, ult. ff. ad Trebel,* ubi ait, ſi facerdos gravetur, ut abſque liberis decedens reſtituat hæreditatem, intelligi de liberis, quos habere poteſt, nempe, de Eccleſia; at ſi conditio eſſet, abſq; liberis ex ſuo corpore natis, non poſſe intelligi Eccleſiam. Et ita advertit *Cuman. ibi, in fin.* videri Bartolum eſſe hujus ſententiæ, & expreſsè eam tenet *Jacob. de Beluis* relatus *à Bartolo conſ. 104. n. 1. in fin, col. 2. Gald, conſ. 1. tit. qui filii ſint legitimi. Hoſt. c. Raynal, num. 20. & 21. de teſt. & ibi Jo. And. num. 10. Card. in fin. prior. Imola c. in præſentia num, 19. de prob.* etſi non omnino firmus, ſed dicens hanc ſententiam eſſe probabilem, quamvis forſan oppoſita ſervaretur in praxi rb religionis favorem, *& ibi Henric. num. 24. Bellam. num. 41. Barbac. à num. 72. Additionator ad Decium in nova edit. num. 228. verb. contrarium Mantua. n. 61. Bal. l. fin. ſtatim in princ. num. 1. & 2. G. de Epiſc. & cler. & ibi Fulgoſ. in princ. num. 1. idem Bal. l. ſi ita quis, § ſi, cui in fin. ff. de leg. 2. ubi Imola in fin.* dicit hanc eſſe veriorem, attento jure canonico, & ſervandam in terris Imperii ſervandam, *Salycet, auth. niſi rogati in fin. & ibi ejus Additionator verb, loco filii C, ad Trebel. & ibi Corn. num. 9. ubi Bal. num.* 10. dicit hanc opinionem eſſe multum æquam, ſi fideicommiſſaria ſubſtitutio facta ſit inter liberos, vel aſcendentes. *Imola l. Lucius la ult. num. 5. ff. de hared. inſt.* dicens hanc eſſe valde æquam, & in hanc magis inclinat, quamvis aſſerens non eſſe abſque dubio, utra opinio ſit verior, *Alciat. l. gallus, §, & quid ſi tantum, in 2. lectur. num. 7. ff. de liber. & poſth ubi Socinus junior num. 24. in fin.* in hanc inclinat, etſi cogitandum relinquat, *Corn. conſ. 18. à num. 16. & tota conſ. 253. vol. 4. Grat. conſ. 111. n. 15. vol. 2. Boer. dec. 354. num. 6. Natta conſ. 602. num. 4. l. Bolog. auth. ſi quis in aliquo num. 23. verſ. & ultra eos C. de edend.* dicit, ſi quis in aliquo num. 23. verſ. & ultra eos C. de edend. *Ang. conſ. 80. num. 2. Fulg. conſ. 53. num. 2. & 3. Berojus conſ. 107, num. 33. l. 2. Calcan, conſ. 65. num. 1. & 2. Socin. junior conſ. 63. num. 21. lib. 3. Menchaca de ſucceſ. progreſ. lib. 3. §. 26. num, 41. Pract. Papienſ. tit. de forma libell, quo agit ex ſubſt. verb. ex ſuo corpore natis. Simon de Pratis de interpret. ult. volunt. lib. 2. interpre. 2. dub. 2. ſol. 2. num. 109. Meres de majorat. in priori edit. p. 2. q. 3. num. 22. Mantic. de conjectur. ult. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 20. Pancirol. conſ. 114. num. 5. vol. 1. Sfort. Oddo de compendioſ. ſubſt. p. 6. q. 2. art, 6. dub. 2. num. 29. Peregr. de fideicom. art. 28. num. 71. Mandel. conſ. 493. num. 2. vol. 3. Bimius conſ. 17. num. 12. vol. 1. Cavalcan. dec. 1. num. 3. p. 3. Riminal, junior conſ. 270. à nu. 16. vol. 3. Craſſ. de ſucceſſ. §. fideicommiſſum q. 40. num. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 83. à num. 27. uſque ad 35. & num. 49. Gutier.* latiſſimè *qq. canon, lib. 1. c. 32. à num. 41. uſque ad 71. Spino ſpeculo teſt. gloſſa 12. principali nu. 31. Matheat. lib. 3. de legat. & fideicom. c. 23. num. 5. Cavall. qq. commun. q. 139. num. 3. Manuel qq. regul. tom. 2. q. 77. art. 4. Camil. Borell. conſ. 33. num. 107. vol. 1. Petr. Gregor. ſyntagma juris lib. 24. c. 28. num. 27.*

52 Sed quamvis ſententia hæc ſit valde probabilis, probabiliorem tamen judico contrariam, nimirum, adhuc excluſo ſubſtituto, monaſterium ſucceſſurum in ea bona. Et quidem, ſi teneamus ſententiam relatam *n. 7. & 11.* dicentem hujuſmodi conditiones rejici tamquam turpes, & admitti ſubſtitutum contra expreſsam teſtatoris voluntatem, planè procederet hæc opinio: verùm, cùm eam ſententiam reprobaverimus *num. 8. & num. 12.* alio fundamento inniti debet hæc opinio. Si etiam diceremus excludi ſubſtitutum, eo quod monaſterium habeatur loco filii, ut docuere DD. relati *num. 3.* deſtituta eſſet fundamento hæc opinio, quia apertè per illa verba filios veros, & naturales intellexit teſtator, non autem filios fictitios, & ſecundum juris interpretationem, quale eſt monaſterium. Sed, cùm hanc quoque rationem reprobaverimus *num. 4.* & diximus *num. 8.* legitimam rationem eſſe præſumptam teſtatoris voluntatem, quam præſumit jus, fore ut ſi monaſterii memor eſſet, excluderet ratione illius ſubſtitutum, non video, cur in hoc quoque caſu non præſumatur eadem voluntas, tantum enim per ea verba viſus eſt velle, ut non cenſeatur impleta conditio exiſtentibus ſolis filiis adoptivis, vel fictitiis. At monaſterium non admittitur in hoc caſu, quaſi eo poſito veriſicetur extare filium, & ſic cenſeatur impleta conditio, ſed ſolo quodam monaſterii favore ex ſpeciali jure inducto, ut excluſis eodem *num. 8.* Ergo quantumcumque, & quibuſcumque verbis explicet teſtator ſe intelligere de filiis naturaliter genitis, nihil plus confert ad monaſterii excluſionem, quam ſi ſimpliciter filios in conditione illa expreſſiſſet. Et confirmatur, quia adhuc negari non poteſt, quin in hoc eventu ſit dubia teſtatoris voluntas, an fuerit excludendi monaſterii, necne. At in dubio ſtandum eſt præſumptioni juris: immo in ſolo dubii caſu locum habet, atque in dubio eligenda eſt pars Eccleſiæ favens, ut diximus hoc lib. ſuprà. Et ideo hujus ſententiæ ſunt *Bugarot & Ricard. de Malunte*, DD. antiquiſſimi, quos referunt, & ſequuntur *Dyn. l. ſi ita quis, §. fin. num. unic, ff. de legat. 2. & ibi Bar. num. 2. & 3. idem Bartolus conſ. 104. num. 2. lib. 2. & auth. ingreſſi in 2. lectur. num.* 53. C. *de ſacroſ. Eccl Cyn. auth. niſi rogati, num. 2. q. 1. & ibi ejus Additionator C. ad Trebel. & ibi Faber pauſo poſt princ. Alberic. num. 2. Fulg. num.* 3. *& 4. Paulus num. 3. Jaſon auth. ſi qua mulier, num.* 18. C. *de ſacroſ. Eccl. Anton. c. in præſentia, num. 26. de prob. & ibi Bald. num. 9. in fin. Abb. num.* 48. *Areſin, à num.* 68. *uſque ad* 72. *Decius in nova edit. num. 232. Felin. num.* 36. *Ferret. num.* 104. *Pariſ. à num.* 136. *uſque ad num.* 144. *Berojus num.* 486. *Ripa l. ex facto, §. ſi quis rogatus, el 1. num.* 36. *in fine, ff. ad Trebell, & l. ſi unquam q.* 34. *num.* 92. C. *de revocan. donat. Decius conſ.* 259. *à num.* 1. *uſque ad* 5. *vol.* 2. *& conſ.* 419. *num.* 5. *& conſ.* 426. *num.* 3. *vol.* 3. *Bertrand. toto conſ.* 133. *vol.* 3. *& conſ. 2. in p. poſteriori. Ceſar Uſtalt. annotat. in Matt. de Aſſil. dec. Neapol.* 348. *in fin. & deciſio* 320. *num.* 4. *Ang. in ſua diſp. incip. nobilis quidam genere, Alex. conſ.* 121. *num.* 2. *& 3. & conſ. 2. num.* 3. *junCto num.* 18. *vol.* 1. *Calcan. conſ.* 20. *num.* 13. *& conſ.* 69. *num.* 5. *Rum. conſ.* 153. *in fin. vol.* 3. *Aymon conſ.* 152. *num.* 1. *vol.* 1. *Barbat. conſ.* 20. *num* 4. *& 7. vol.* 2. *Roland. conſ.* 35. *num.* 12. *vol.* 3. *Berojus in ſuis qq. q.* 70. *in fin. Galiaul, l. gallus §. & quid ſi tantum, num.* 18. *ff. de liber. & poſth. Bal. Novel. de dote p. 6. priv.* 77. *Aſcan. Clemens de patria poteſtate, c. ult. num.* 72. *Gualdenſ. de arte teſtandi tit. 5. caut.* 18. *num.* 3. Covar. 1. *variar. c.* 19. *num.* 1. *D. Anton. 3. p. tit. 5. c. 3. §.* 10. *Roſel. verb. legare, num.* 24. *Sylv. verb. hæreditas 1. q.* 7. *num.* 10. *dicto* 5. *Ang. verb. haves, n.* 18. *& ibi Tabien, q.* 14. *n.* 15. *Arm l. verb. hæreditas, n.* 22. *Sarmient. l.* 8. *ſelect. ſuper §. is, cui in tempus, n.* 2. *Perez lib.* 5. *ordin. tit.* 2. *l.* 1. *fol.* 134. *Villalob. in ſuis communi. lit. M. verb. monaſterium, n.* 190. *& duplici ſequen. Menchaca de ſucceſ. creat. lib.* 3. §. 21. *n.* 167. *Gama deciſ.* 316. *n.* 2. *p.* 1. *Monteſperel. conſ.* 252. *à n.* 2. *uſq, ad* 9. *vol.* 1. *Rebell. de juſt. p.* 2. *l.* 13. *q.* 16. *n.* 3. *ſtatim in princ. & Pulo. Pacianus conſ.* 36. *num.* 113. *vol.* 1. dicit adeo probabilem eſſe utramq; ſententiam, ut poſſit quilibet ad ſuum libitum adhærere uni, vel alteri. *Anguſt. conſ.* 63. *à n.* 10. *uſq, in fin. vol.* 1. *Mandel. conſ.* 502. *n. unic. vol.* 4. *& ibi Vinc. Annibald, ejus Additionator, Joann. de Monteſperel. conſ.* 252. *dub.* 1. *Laderch conſ.* 24. *n.* 18. *lib,* 1 *Burſat. conſ.* 97. *n.* 24. *l.* 1. *Lalius Zecchius de Repub. eccleſ. tit. de regul. c.* 3. *n.* 14. *amplia* 15. *Avendanno junior l.* 40. *Tauri gl, 4. n.* 30. *Dec. Pedemont. Octavian.* 126. *n.* 24. *Tapia auth. ingreſſi verb. ſua c.* 13. *n.* 12. *&* 18. C. *de ſacroſ. Eccleſ. Molina tomo* 1. *de juſtit. diſp.* 190. *col.* 13. *verſ. quando quis*, & tandem *Anch. c. Raynald. num.* 41. *de teſt.* cenſet hanc æquè probabilem, ac contrariam, & ſic concludit tenendum, quod quiſque maluerit. Eſſet tamen clara excluſionis monaſterii conjectura, ſi teſtator diceret, velle ſe verba ſui teſtamenti de verbo ad verbum, vel ad litteram ſervari; quia negari non poteſt, non ita ſervari, ſed juxta juris præſumptionem, quando excluſo ſubſtituto ſuccedit monaſterium: atque ita docet *Sapia addit. ad Abbat. c. in præſentia n.* 40. *verſ. loco de prob.*

53 Nonò limitatur, niſi gravatus religionem ingrediatur animo fraudandi ſubſtituti, tunc enim ille non excludetur. Hanc limitationem negat *Sfort. Oddo de compend. ſubſtit. p.* 6. *q.* 2. *art.* 6. *dub.* 2. *num.* 2. Ducitur, quia, cùm monaſterium non ſit in dolo, ſed ſolus ingrediens, hujus dolus illi nocere minimè debet. Et confirmatur, quia monaſterium non conſequitur ea bona ex diſpoſitione ingredientis, ſed ex præſumpta à jure teſtatoris voluntate; ergo culpa ingredientis non obſtat huic acquiſitioni. Secundò, quia ubi animus facientis eſt impius, at effectus eſt pius, hic potiùs ſpectatur ad actus firmitatem, *§. inſt. quib. ex cauſ. manum. non licet.* Tertiò, quia cùm profeſſus non acquirat ea bona, ſed monaſterium, non dicetur ex ſuo dolo lucrim aliquod profeſſo acquiri. Quartò, quia utens jure ſuo, non dicitur fraudem committere, ut ea ratione effectus impediatur *l. nullus videtur, ff. de regul. jur.* cum aliis, quæ conſeſſi *l. 3. de matr. diſp. 18. n.* 29. At hic utitur jure ſuo profitendo in religione capaci ſuccedendi, &c. Tandem, quia matrimonium initum animo fraudandi ſubſtituti reddit legitimam prolem antea conceptam, & excludit ſubſtitutum in defectu legitimæ prolis, ut cum probabiliori ſententia ſuſtinuimus *l, 7. de matrim. d. 105. n.* 10. Ergo & profeſſio eo animo factam excludet ſubſtitutum,

54 Cæ-

54 Cæterum nullatenus eſt recedendum à frequentiſſima ſententia, dicente tunc non excludi ſubſtitutum. Ducitur primò, quod fraus ſua nemini patrocinari debeat, *cap. ſedes, de reſcript.* At ſaris huic patrocinaretur, ſi excluderetur ſubſtitutus, quia etſi bona non ſibi, ſed monaſterio obvenire debeant, obtinet tamen ſuæ pravæ intentionis effectum. Secundò, ex *c. 2. de renunc. in* 6. ubi deducitur, ſi Epiſcopo juſſo à Pontifice conferre alicui primam præbendam vacaturam, & cùm pinguis præbenda expectaretur proximè ventura, quiſpiam in fraudem renunciaret tenui, quò ille hanc aſſequutus à pinguiori excluderetur, eam fraudem minimè obſuturam, quominus ille pinguem obtenturus ſit. Tertiò, quod ſit valde diverſa ratio de matrimonio inito in ſubſtituti fraudem, & de hac profeſſione ſic facta, quod illud verè legitimet filios: & ſic filii habent expreſſam teſtatoris voluntatem, qua præferuntur ſubſtituto; at monaſterium non habet eam expreſſam voluntatem, ſed ex præſumpta admittitur loco filii: & ſi in hoc eventu admitteretur, eſſet duplex improprietas, prior, ut ſit filius, poſterior, ut ſit fraude quæſitus filius. Quartò, quia cùm hæc interpretatio non ſit ex vi verborum, ſed potius adverſus illorum proprietatem favore religionis, non ideò latè accipienda eſt, quin prædicta fraus id privilegium auferat. Quinto, ex *cap. de his, de ſepult.* ubi licèt ingreſſus religionis, & votum in articulo mortis valeant, at ægro decedenti ex eo morbo, non ſit præjudicium in illis, de quibus alias diſponere poterat. Tandem, quia non obſtant in contrarium adducta. Nam ad primum dico, cùm monaſterium ea bona conſequi nequeat, niſi mediante voluntaria hujus profeſſione, ſatis eſt dolus hujus, ne Eccleſia acquirat. Ad confirmationem dico, eam voluntatem non præſumi, quando profeſſio eo pravo animo facta eſt. Ad ſecundum dico, id procedere, quando actus habet pro ſe expreſſam voluntatem; at quando ex ſola præſumpta procedit, poteſt eſſe, ut animus impius ceſſare faciat diſpoſitionem. Ad tertium conſtat ex dictis in prima ratione. Ad quartum dic, id eſſe verum, quando inde non reſultaret duplex improprietas, & ubi monaſterium eſſet habiturum ea bona, & ex expreſſa teſtatoris voluntate, ut explicuimus in tertia, & quarta ratione. Ad ultimum conſtat ex dictis in tertia ratione: & ideo hanc partem ſuſtinent *Gloſ. authent, niſi rogati verb. locum. C. ad Trebel. & ibi Cyn. num.* 3. *quæſt.* 3. *Jacob. Butrig. q. penult. Petr. de Bellap. q. penult. Odofret. nu.* 4. *Bald. n.* 24. *Salyc, nu.* 5. *Corn, n.* 13. *Fulgoſ. n.* 4. *Alber. num.* 2. *Faber, in fin. Abbas antiquus cap. in præſentia, nu. ult. de probat. & ibi Joan. Andr. num.* 36. *Anton. num.* 61. *Bald, nu.* 31. *Abbas nu.* 46. *Decius in nova edit. num.* 204. *Ferret. nu.* 95. *Pariſ. nu.* 119. *Felin. n.* 36. *Berojus n.* 500. *Bellamer. nu.* 32. *&* 40. *Henric. n.* 21. *Barbat. n.* 41. *&* 42. *Mant. n.* 37. *Archi. c. ſi qua mulier, q.* 3. *n.* 1. *Bertrand. conſ.* 68. *n.* 5. *vol.* 6. *Alciat. l. poſt contractum, n.* 61. *verſ. quale eſt, ff. de don. & l. ſi tibi, 20. nu.* 40. *ff. ſi cert. petat. Anchar. conſ.* 231. *nu.* 3. *Rom. conſ.* 298. *num.* 2. *Bal. conſ.* 24. *in fin. l.* 2. *Decius conſ.* 399. *n.* 9. *vol.* 3. *Ruin. conſ.* 211. *n.* 8. *vol.* 1. *& conſ.* 78. *n.* 8. *& conſ.* 163. *nu.* 6. *lib.* 3. *Curt. Jun. conſ.* 145. *n.* 27. *fin. Guillelm. Benedict. c. Raynutius, verb. in extremis poſitus, n.* 25. *de teſtam. Roſell. in ſum. verb. legare, nu.* 26. *Angel. verb. hæres, nu.* 17. *& ibi Tabien. qu.* 13. *nu.* 14. *Armill. verb. hæreditas, nu.* 21. *Sarmient. lib.* 1. *ſelect. c.* 6. *n.* 10. *& libr.* 1. *c.* 4. *num.* 7. *Anton. Gomez l.* 9. *Tauri num.* 58. *Molin. lib.* 12. *de primog. c.* 5. *num.* 29. *Mantica de conject. ult. volunt. lib.* 10. *tit.* 4. *num.* 19. *& lib.* 11. *tit.* 7. *num.* 15. *Cavalc. deciſ.* 1. *nu.* 43. *&* 44. *p.* 3. *Craſſ. de ſucceſſ. §. fideicommiſſum, queſt.* 40. *num.* 21. *Menochius de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 83. *n.* 76. *& l.* 6. *præſumpt.* 8. *n.* 4. *Peregr. de fideicommiſſ. art.* 28. *n. penult. Alphan. collect.* 477. *in fine, Tapia auth. ingreſſi, verb. ſua c.* 13. *nu.* 35. *Cod. de ſacroſ. Eccleſ. Manuel qq. regular. tom.* 2. *qu.* 77. *art.* 5. *Molina Societatis JESU tomo* 1. *de juſt. diſp.* 190. *col.* 14. *verſ. item quamvis.*

55 Hæc autem fraus non præſumitur in dubio, tum quia numquam præſumitur delictum, *l. meritò ff. pro ſoc.* tum etiam, quia ſpeciem mali habentia tenemur in dubio in meliorem partem interpretari, *capit. 1. de regul. jur.* nedum magnam ſpeciem habentia, quale eſt religionis ingreſſus. Et ita docent *Menoch. de præſumpt. libr.* 4. *præſumpt.* 82. *nu.* 10. *& præſumpt.* 81. *num.* 29. *& l.* 6. *præſumpt.* 78. *num.* 3. *Mattheat. l.* 3. *de legat. c.* 21. *nu.* 8. immò, ut benè probat *Berojus cap. in præſentia, num.* 204. *de probat.* exiguuntur perſpicua fraudis indicia, quia talia deſiderantur ad fraudem probandam in iis, quæ jus approbat, maximè favore animæ *l. dotum*, C. *de dolo*, nec de hac re aliquis dubitat. Nec reperitur hæc fraus, ſi gravatus gratia eleemoſynæ illi monaſterio faciendæ profiteatur, & ſic excludatur ſubſtitutus; quippe hic finis eſt pius: & ita docet *Molina Societatis JESU allegatus num. præced. in fine.*

56 Duplex autem circa hanc limitationem difficultas ſupereſt. Prior eſt, qualis actio competat ſubſtituto ad ea bona poſt profeſſi obitum recuperanda, quando conſtat ea fraude profeſſionem emiſſam eſſe, *Gloſſ. Odofr. Albericus, Salycetus allegati numer.* 53. dicunt ei competere actionem revocatoriam, qualis competit creditori adverſus alienata in fraudem creditorum bona. Sed melius *Corn. & Fulgoſ. eo num.* 53. allegati dicunt non eſſe opus revocatione, ſed competere actionem utilem ex teſtamento, & ipſo jure eſſe ſubſtitutioni locum: quia jura concedentia monaſterio ea bona, excludendo ſubſtitutum, intelliguntur, quando profeſſio bona fide fuit emiſſa. Quare hoc deficiente nullum jus habet monaſterium ad ea bona, & ſic admitteretur ipſo jure ſubſtitutus.

57 Poſterior difficultas eſt, ex quibus conjecturis hæc fraus deprehendi valeat. Varias tradunt Doctores. Prima eſt, quando gravatus ille profiteretur in articulo mortis. Ductuntur, quia ubicumque actus, per quem alius excluditur, celebratur in mortis articulo, præſumitur in ejus fraudem geſtus *l. familia mea, ff. ſolut. matrim.* & ita generaliter tenent multi, quos retuli *l. 7. de matr. diſp. 105. nu.* 7. & in propriis profeſſionis hujus terminis docent *Bal. auth. niſi rogati, n.* 24. *C. ad Trebell. & ibi Corn. n.* 13. additque uterque idem eſſe, ſi in ætate decrepita ille profiteretur, *Alberic. ibi num.* 2. addens idem eſſe, quando de prole habenda deſperaretur. *Idem Bald. cap. in præſentia n.* 31. *de probat. ubi Felin. n.* 36. ait, ſe nunc cum hac conjectura tranſire, quamvis dubia ſit; & eam tenent *Ananias ibi, num.* 10. *& 1. ſicut nobis, n.* 2. *de regul. Alciat. l. poſt contractum, n.* 61. *verſ. quale eſt ff. de don. Barbat. d. c. in præſentia, n.* 41. *&* 42. *Berojus conſ.* 28. *n.* 17. *vol.* 1. *Bertrand. conſ.* 68. *numer.* 5. *vol.* 6. *Guillelm. Benedict. c. Rayn. verb. ſi abſque liberis, el 1. num.* 10. *& verbo in extremis poſitus, num.* 25. *de teſtam. Sarmient. l.* 1. *ſelect. c.* 6. *num.* 10. *Peregr. de fideicom. art.* 28. *num. penult. Manuel qq, regul. tomo* 2. *qu.* 77. *art.* 5. *& Tapia authent. ingreſſi verb. ſua cap.* 13. *num.* 37. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* dicit tunc excludi ſubſtitutum, non ob fraudis præſumptionem, ſed eo quod profeſſio in mortis articulo facta ſit irrita, & *Sfort. Oddo de compendioſ. ſubſtit. p.* 6. *q.* 2. *art.* 6. *dub.* 2. *num.* 14. dicit tunc excludi ſubſtitutum, non ob fraudis præſumptionem, ſed quod aſſumptio habitus in mortis articulo non efficiat aſſumentem profeſſum.

58 Cæterùm conjectura hæc eſt omninò rejicienda, quia ad fraudis præſumptionem deſiderantur indicia omnino perſpicua, ut probavimus *numer.* 54. & talis profeſſio non eſt perſpicuum fraudis indicium; nec enim præſumendum eſt, quempiam adhuc ſuperſtitem velle rebus omnibus ſpoliari, & maximis religionis oneribus ſubjici, ut poteſt mortem ſuam excludatur ſubſtitutus, eo vèl maximè quod in eo articulo nemo ſuæ ſalutis immemor *l. fin. Cod. ad leg. Jul. repetund. cap. ſanctimus 1. q.* 7. Præterea, quia tunc in dubio poteſt fraus præſumi, quando actus in articulo mortis geſtus, non eſſet morienti utilis, atque alteri noceret, & ſic intelligitur *l. filia mea, ff. ſolut. matrimon.* cui oppoſita ſententia innititur, at quando morienti, & monaſterio eſt utilis, ut contingit in præſenti, longè abeſt fraudis præſumptio. Atque ideo ex geſtis in hoc articulo non præſumi fraudem, tenent multi, quos retulimus *libr.* 7. *de matrimon. diſput. 105. num.* 8. & poſt ibi ſcripta tenet latè probans, & alios referens, *Ludov. de Caſanete conſil.* 22. *num.* 7. 8. & 9. *vol.* 1. & in propriis hujus profeſſionis terminis docent *Dec. cap. in præſentia, in nova edit. num.* 209. *Ferret. ibi num.* 97. *Berojus num.* 204. *Mant. num.* 58. *Anton. Gomez l.* 9. *Tauri num.* 59. *Molina lib.* 2. *de primog. cap.* 5. *num.* 28. *&* 29. *Mant. de conject. ultim. volunt. l.* 10. *tit.* 4. *n.* 18. *Menochius de præſumpt. l.* 4. *præſumpt.* 83. *num.* 84. *Craſſ. de ſucceſſ. §. fideicom. q.* 40. *num.* 6. *Spino ſpec. teſt. gloſ.* 15. *principali, n.* 107. *Matheat. lib.* 3. *de legat. cap.* 21. *n.* 18. *&* 19. Nec fraudis hujus conjectura eſt, licèt gravatus ille jam ægrotus ſumat habitum religionis, ut benè docet *Mant. eo ſit. 4. n.* 20. quod benè ait *Menoch. eod. n.* 84. maximè verum eſſe, quando habitu tunc ſuſcepto, & incolumis à morbo evadens profiteatur, quia, ſi qua eſſet in ea habitus aſſumptione ſuſpicio fraudis, ea ex ſequenti eventu ceſſaret.

59 Atque idem ego credo, quamvis & aſſumptio habitus, & profeſſio durante manifeſto, & certiſſimo mortis periculo contingeret, ut ſi quis morbo phtiſico laborans aſſumetet habitum, & finito probationis anno profiteretur, quia rationes allatæ potiùs devotionis ardorem, & propriæ ſalutis ſpiritualis quærendæ ſuadent, quam fraudulentum excludendi ſubſtituti animum. Nec etiam verùm eſt contra aliquos DD. *num. præced.* allegatos, fraudem hanc præſumi, quod ætate decrepita, & quando de ſobole habenda deſperatur, fiat, ut benè tradunt *Berojus eo cap. in præſentia, n.* 205. *verſ. & per prædicta, Menoch. ea præſump.* 83. 84. *&* 85. Atque omni prorſus fundamento caret dicere profeſſionem in mortis articulo factam eſſe irritam, ut docuere aliqui auctores *cit. num. præced.* quia nullo jure id innititur, nedum probatur. Atque ita omnes Doctores, hoc nu. allegati ſentiunt, ſiquidem dicunt per hanc profeſſionem excludi ſubſtitutum, nam ſi profeſſio non teneret. minimè excluderetur, juxta dicta *num.* 24.

60 Secunda conjectura eſt, ſi ille gravatus comminatus eſſet ſubſtituto; fore ut in illius odium, & excluſionem ingrederetur monaſterium. Hanc negat *Petrus de Bellapert. authent. niſi rogati, quæſt. penult. Cod. ad Trebel.* quod profeſſio religionis tollat omnem maculam, *authent, de monach. paulò poſt princip.* Eamdem negat *Decius capit. in præſentia, in nova edition. num.* 209. *de probation.* Quia, inquit, difficultas vitæ religioſæ aſſumptæ urgentiùs cogit præſumere bonum ingredientis animum, atque eo ſuppoſito minas excluſionis ſubſtituti irritas eſſe, quia excluſio ex ipſo ingreſſu ſequebatur, non autem quod illa excluſio principaliter induxerit ad ingreſſum. Cæterum frequentiſſima ſententia conjecturam hanc admittit; & quidem admittenda eſt, atque ita docent *Abb. antiquus cap. in præſentia, n. ult. de probat. & ibi Joan. Andr. nu.* 38. *Ant. n.* 61. *Abbas nu.* 46. *Felin. n.* 36.

Henric. n. 21. Ballamera n. 32. & 40. Mantua n. 58. Menoch. ea præsumpt. 83. nu. 83. Parisi. n. 120. Ferret. nu. 96. Corn. d. auth. præsumpt. 83. nu. 83. Parisi. n. 120. Ferret. nu. 96. Corn. d. auth. nisi rogati, n. 13. & ibi Salyc. n. 5. Alexand. l. si quis postbumus, nu. 2. ff. de liber. & postbum. Rosell. in sum. verbo legare, n. 26. Armilla verbo hæreditas, n. 21. Anton. Gomez l. 9. Tauri, n. 58. Molina lib. 2. de primog. c. 5. nu. 29. Mantica de conject. ult. vol. lib. 10. tit. 4. n. 19. Sfort. Oddo de compendios. subst. p. 6. q. 2. art. 8. dubio 2. num. 23. Peregr. de fideicomm. art. 28. nu. penult. Tapia eo c. 13. n. 27. in fine, Crassus eo q. 40. n. 5. Hoc temperat *Parisius ibidem*, ut intelligatur, quando gravatus ille minans, solitus erat minas exequi, secus si non solitus erat. Sed jure optimo *Ferretus eodem nu. 96.* limitationem hanc reprobat, quia consuetudo minas exequendi confert ad dignoscendam metus qualitatem, an ille gravis, aut potius levis censendus sit, non autem ad judicandam ex minis suspicionem fraudis. Rursus idem *Ferret. num. 97.* limitat, ut hæc conjectura intelligatur, quando minans profiteretur in articulo mortis: tunc enim ex minis, & serotina professione satis colligetur hæc fraus, secùs si tempore sanitatis professeatur. Sed nec hæc limitatio placet, quod id discrimen fundamento destituatur, atque ita DD. reliqui absque ea limitatione conjecturam hanc tradidere.

61 Ultima conjectura est, si gravatus ille ante professionem alienavit omnia bona sua. Sic *Berojus d. c. in præsentia nu. 500.* Sed ut optimè ait *Menoch. cod. præsumpt. 83. nu. 85.* hæc conjectura est supervacánea, quia in substituti præjudicium nequit gravatus ille ea bona in perpetuum alienare *l. 3. §. sed quia, C. comm. de legat.* Atque tunc minimè succedit monasterium, non ratione fraudis, sed quia eo succedendi privilegio solùm gaudet, quando bona professi deseruntur monasterio, ut diximus *num. 45.* & duplici sequenti, ubi rem hanc explicuimus.

62 Decimò limitatur, nisi gravatus hic inductus sit ad religionem suasionibus, & blanditiis monachorum, quia tunc monasterium nulla hujus professi bona consequitur *cap. constitutis 2. §. 3.* ac proinde minimè excludetur substitutus. Quippe ad hanc exclusionem est necessaria successio monasterii in professi bona, ut probavimus *num. 27.* Atque ita docent *Speculator titul. de statu monach. in fin. Bald. authen. si qua mulier, num. 13. C. de sacrosanct. Eccles. Post. cons. 124. nu. 39. Sfort. Oddo de compendios. subst. p. 6. quæst. 2. art. 6. dub. 2. num. 11. Peregr. de fideicommiss. art. 28. num. ult. Menochius de præsumpt. libr. 4. præsumpt. 83. num. ult. Gama decis. 316. in fine, p. 1. & Flor. de Mena addit. ad Gamam, decis. 319. cap. 2. Tapia auth. ingressi verb. sua, c. 13. n. 40.* Sed cùm hæc limitatio innitatur soli amissioni illorum bonorum, eo quod ratione illarum suasionum ea monasterium perdat, intelligenda est in eo casu, in quo prædictæ suasiones faciunt ea bona amitti, ut dicit *Flor. de Mena ibidem*; quis autem casus hic sit, declarabimus *hoc lib. infrà*.

63 Undecimò limitatur, ut intelligatur, quando conditio sic imponitur gravato, ut si liberos non habuerit, restituat hæreditatem substituto; secùs autem si conditio, sit si absque liberis decesserit: tunc enim minimè excludetur substitutus, sed monasterio exclusò succedet. Quia latum est discrimen inter utramque conditionem, quod in priori censeatur principaliter testator invitare gravatum, ut nitatur habere filios, & sic, ut non transigat vitam cœlibem; quare meritò rejicitur tamquam turpis, & castitati adversa: secùs autem in posteriori. Quia non videtur eam appositisse causa invitandi contra castitatem simpliciter, sed potiùs causa prospiciendi successioni in suam hæreditatem, si absque filiis gravatus decesserit. Et ideò cautè §. *sed & hoc præsenti, authent. de sanctiss. Episc.* ponitur hæc conditio priori modo. Sic *Aleiat. consil. 53. num. 2. lib. 9.* sed statim *numer. 3.* dicit, quamquam hoc in se sit verum, se tamen non ausurum in practica hoc sequi, nec consulere: quod communiter DD. indiscriminatim loquantur de conditione utrovis modo concepta. Sed hæc limitatio est omninò rejicienda, & dicendum, conditione utrovis modo concepta excludi eodem prorsus modo substitutum. Quod constat primò, quia *capit. in præsentia, de probat.* explicatur posteriori modo conditio, ibi; *præcipit, ut si absque liberis decederet ad eos bona devolverentur*. Secundò, quia utrovis modo concepta invitat ad nuptias, & sic ad non servandam castitatem. Tandem, quia non est verum, conditiones has rejici, ut *numer. 12.* probavimus. Et ideò hanc partem sustinent *Mantic. de conject. ultim. vol. libr. 11. titul. 7. numer. 13. Menoch. de præsumpt. libr. 4. præsumpt. 83. numero 70. Peregrin. de fideicommiss. articol. 28. num. 67.* atque passim DD. indiscriminatim de utraque conditione loquuntur, ut ipsemet Alciatus fatsus est.

64 Duodecimò limitatur, nisi gravatus ille religionem ingrediens sit bigamus; si enim bigamus sit, non excludetur substitutus. Sic aliquantulum dubitans sentit *Angel. cons. 80. v. 5.* Atque id nullo jure probatur, & ideo rejiciendum est, ut rejiciunt *Mantica eo tit. 7. n. 17. & Menoch. ea præsumpt. 83. n. 63.* qui loquitur, quando cum eo dispensavit Pontifex, ut religionem ingrederetur. Sed existimo ad id nulla dispensatione opus esse: quia si ad ordines promovendus non est, non obstat bigamia. Ut autem bona ejus per professionem transferantur in monasterium, & sic extinguatur substitutio, nullibi petitur professum ad ordines promoveri.

65 Decimotertiò, nisi illa liberorum conditio sit in propriam personam relata, ut si quis sic testetur, si absque liberis decesserò, substituo Titium; quamvis enim testator non relictis liberis, ingrediatur religionem, non excludetur substitutus, sed ille exclusò monasterio succedet. Hanc limitationem dicit *Felin. capit. in præmitia num. 33. de probat.* indigere examine, quod nullam discriminis rationem videat, sive in diversa persona concipiatur. Et si reddatur ratio, quæ est, ne impediatur vita contemplativa, militat æquè in utroque casu, & ita concludit, potius inhærendum huic sententiæ ob eam sustinentium auctoritatem, quam ob rationem; & *Mantua ibi num. 59.* dicit posse facilè hoc sustineri disputando, at non esse à communi sententia recedendum.

66 At prædicta limitatio amplectenda est, quia §. *sed & hoc præsenti auth. de sanctiss. Episc.* loquitur, quando conditio liberorum refertur in alteram personam, nec est eadem ratio, quando refertur in propriam, quod cum quis de seipso loquitur, est tenaciter servanda conditio, *l. 3. §. condit. ff. de aliment. legat.* eo vel maximè quod hæc dispositio tamquam à jure exorbitans est restringenda, nec trahenda in consequentiam, ut diximus *numer. 27.* Præterea, quia, si esset vera ratio illius decisionis, ne impediatur vita contemplativa, constat in hoc casu non impediri, quia ipsemet testator conditionem apponens, potest ad libitum eam revocare, & instituere monasterium. Et ideò hanc partem tuentur *Joan. And. d. c. in præsentia n. ult. Ant. nu. 62. Card. n. unic. col. 4. vers. in gloss. ibi Abbas n. 46. Anchar. n. 29. Decius nova edit. n. 214. Parisi. n. 121. Ferret. n. 99. Bald. auth. nisi rogati n. 21. C. ad Trebell. & ibi Faber n. unic. Alberic. n. 1. Paul. n. 4. Corne. n. 12. Salycet. n. 5. & ejus Additionator ibi verb. loco filii. Additionat. ad Cyn. ibi nu. 1. Riph. l. ex facto §. si quis rogatus, el 1. n. 37. ff. de liber. & postb. Menoch. de præsumpt. libr. 4. præsumpt. 83. n. 86. & 87. Peregr. de fideicommiss. art. 28. & 67. Tapia authent. ingressi, verb. sua, cap. 13. nu. 20. de sacrosancti. Eccles.*

67 Sed major difficultas est, si in donatione apponat donans eam conditionem, si absque liberis decesserò, dono tibi hanc rem, an postea donatore professente succedat monasterium in ea bona excluso donatario? Quidam affirmant succedere monasterium, quia est diversa ratio de donatione, & de testamento. Quippe, cum hoc revocari valeat, etiamsi per illam conditionem excluderetur monasterium, non retraheretur testator à religione, utpote qui potest ei damno consulere, revocando testamentum. At cum illa revocari nequeat, si dicamus excludi monasterium, retrahetur donans à religionis ingressu. Et ideò hanc partem tenet *Ferret.* & in eam, quamvis dubius magis inclinat *Parisi. allegat. n. præced.* Cæterum dicendum est, tunc etiam excludi monasterium, quia prior ratio tradita *num. præced.* militat æquè in testamento, ac in donatione. Præterea, quia non est legitima ejus decisionis ratio, ne impediatur religionis ingressus, ut diximus *num. 12.* ubi probavimus, cum non impediri ob monasterii exclusionem, & dato, eam esse legitimam rationem, est diversa ratio, quando ea conditio apponitur à quodam tertio, & quando ab ipsomet, quia in priori casu gravatus subit id onus invitè, & cogente alterius dispositione: & ideò posse retrahi ab ingressu religionis, si tunc non excluderetur substitutus, cui tunc cogitur præstare fideicommissum; At in posteriori non ita, quia cum ea conditio ex propria voluntate manarit, in qua præsumitur perseverare, dum non revocat, *c. majores, de Baptis.* non ideo retrotrahetur à religione: & ita docent *Abbas, Decius, Faber, Peregrinus, Tapia allegati num. præced.*

68 Decimoquartò limitatur, ut intelligatur, si ea conditio apponatur in testamento, aut contractu gratioso, qualis est donatio, ut siquis legaverit, aut donaverit Titio, aliquid, sub ea conditione, ut absque liberis decedens restituat Sejo, si Titius non relictis liberis ingrediatur religionem, succedet monasterium exclusò Sejo substituto. Quia de utroque expressè agit §. *sed & hoc præsenti, authentic. de sanctiss. Episc.* ut optimè considerant *Bald. cap. in præsentia, num. 18. in fin. Peregr. de fideicomm. art. 28. nu. 67.* At, si in aliis contractibus onerosis ea conditio apponatur, excludetur utique monasterium, ut si duo conveniant, de re aliqua acquirenda, si absque liberis decedant; & alter liberis carens profiteatur, succedet in illam rem alter exclusò monasterio. Quia cùm hæc dispositio sit exorbitans, & in solis his casibus loquatur, non est ad alios extendenda. Et quamvis regulariter ultima morientium mandata, ac viventium contractus sint eodem jure accipienda, & de altero ad alterum, seu ad similem rem rectè ducatur argumentum: at intelligitur, nisi diversa sit ratio. Et hic militat diversa ratio, quod in testamento favorabilior interpretatio fiat, quam in contractibus onerosis, *l. in testam. ff. de regul. jur.* At in contractibus verba sunt strictè intelligenda, *l. quidquid astringenda 49. in princ. de verb. obligat.* Rursus quia (ut egregiè dixit *Anton. c. per venerabilem; nu. decimo tertio, qui filii sint legitimi.*) dispositio legis extendit favorem ultimæ voluntatis, eamque supplet, quia testator cogitationi præventus, nequit tunc ita deliberare. At in actibus inter vivos lex non supplet, nisi in quantum verba patiuntur. Et ideo hanc partem tuentur *Anchar. eo c. in præsentia, n. penult.* dicens fortè ita esse *Barb. ibidem nu. 71.* se retractans, contrarium enim *n. 70.* dixerat. Et idem tenet *cons. 13. n. 3. in fin. vol. 1. Aleiat. l. 3. de verb. signific. col. antep. Salycet. auth. nisi rogati, n. 5. C. de Trebel. Tiraq. l. si unquam verò, suscepterit filios in nova edit. n. 46.*

n. 46. C. de revocand. donat. Everard. loco 36. à contractibus ad ultimas voluntates num. 3. in differ. 16. Segura l. si ex legati causa num. 99. ff. de verbor. obligat. & ibi Peres in addit. num. 193. ubi & alios refert *Math. de Afflict. decisso Neapol. 83. num. 13. & ibi Cæsar. Ursil. in annot. num. ult. Roland. cons. 48. num. 60. & cons. 59. num. 24. vol. 3. Farinac. præt. criminal. t. 1. tit. de accusat. in 3. edit. qu. 13. n. 26. flatim in princip. Peregrin. d. art. 28. n. 68.* ubi bene hinc infert, si conventum sit in emphyteusi, vel feudo, ut decedente eo, cui concedantur, absque liberis, redeant ad concedentem monasterium, in quo jus, cui concessa sunt, profitetur, non posse impedire reditum.

69 Hinc deducitur, nec in sententia Judicis habere locum, ut si sententia Judicis, aut arbitri decretum sit, *Titio* absque liberis decedente, hæreditatem ad alium devoluendam, non consequetur eam monasterium per *Titii* professionem, sed ad alium devoluetur: quod probat ratio adducta *num. præced.* & quia sententia est stricti juris, *l. Paulus ff. de re judicat.* Et sic docent *Barbat. eo c. in præsentia, num. 71.* quamvis contrarium dixerat *n. 70. Cæsar Ursil. allegatus n. præced. Cavalcan. decis. 1. n. 6. p. 3.* ubi allegat *Aretin. cons. 235.*

70 Decimoquinto limitatur, ut non habeat locum, quando gravatus habens liberos profitetur in religione. Tunc enim excluditur substitutus, & non succedit monasterium, quia, ex quo habet filios, est verificata conditio, nec monasterium habetur loco filii. Sic *Rebuff. reper. c. Raynutius, n. ult. de testam. Paleot. de uothis, & spuriis c. 28. in fin. Cavalcan. decis. 1. n. 42. p. 3.*

71 Decimosexto limitatur, nisi vivo testatore gravatus ingrederetur religionem post testamentum conditum; tunc enim non succedet monasterium, sed substitutus, quia, cùm tunc testamentum non mutarit, ac professus fuerit, videtur velle excludere monasterium. Sic *Cavalcan. decis. prima, n. 43. & 44. p. 3.* & probat ex doctrina *Baldi*, & aliorum, quos ibi refert, & latiùs *in suo tract. de usufruct. muliori relicto, numero quinquagesimotertio.* ubi, tradunt relinquentem uxorem usufructuariam existentibus filiis, conferi non sola alimenta, sed integrum omnium bonorum usumfructum deducta filiorum legitima illi relinquere propter nominationem filiorum, de quibus cogitavit.

72 Decimoseptimò limitatur, nisi testator reliquerit legatum aliquod illi gravato, si monasterium ingressus fuerit, quippe cum tunc meminerit monasterii, & quid particulare reliquerit in casu ingressus, est manifesta conclura voluisse testatorem, non excludi substitutum à reliquis bonis, in quæ substitutus est. Atque ita docent *Alexand. con. 121. num. 12. in fin. & num. decimoterio vol. 2. Æmilian. con. 109. n. decimoquinto, Menochius de præsump. lib. 4. præsumpt. 83. num. 59.* qui falsò pro hac parte allegat *Berojum. c. in præsentia, n. 494. de probat.* Nam *Berojus* ibi oppositum tuetur, dicens parte universaliter instituente filium, & illi absque liberis decedenti, substituente tertium, & casu, quo filius professus fuerit, relinquendo solam legitimam, excludi penitus substitutum per filii professionem, quia alias impediretur vita monastica. At verius est tunc non excludi substitutum ab aliis bonis, præter legitimam ut ex DD. allegatis diximus; quia minus verum est, ob id impediri vitam monasticam. Nec hæc est ejus decisionis ratio, ut utrumque *n. 12.* probavimus.

73 Decimooctavo limitatur, nisi testator instituat filium in sacris jam constitutum, aut professum, & ei decedenti absque liberis substituat tertium. Quia cum testator memor Ecclesiæ, & monasterii substituerit tertium, voluit clarè hunc Ecclesiæ, & monasterio preferri. Et quamvis ea conditio appareat turpis, habet tamen duplicem in se imbibitam. Prior est explicita, si liberos non habuerit, atque hæc est honesta, nec ad delinquendum invitat. Posterior est implicita, si liberos habeat; & hæc est turpis, utpote quæ ad delinquendum allicit. Sed cum in solam expressè honestam consequentiam veniat, & quodam modo à contrario sensu, qui fumendus non est, quando inde absurdum quidpiam sequitur, *l. 2. de condit. insert.* ea non est consideranda. Sic allegatus, *Boerio, Parisio, Berojo, & Aretino*, tenet *Menochius de præsumpt. præsumpt. 83. num. quinquagesimoquarto, & quinquagesimoquinto*, contra alios, quos ibi refert.

74 Decimonono limitatur, nisi testator dixerit, si gravatus decesserit sine liberis, succedat *Titius*, & nullus alius, quippe ea verba (nullus alius) excludunt monasterium. Sic allegato moderno *Parisiensi* tradit *Menochius ea præsumpt. octavogesimatertia, n. quadragesimosexto.* Sed non video, cur tunc excludatur monasterium, quia non inde argnitur illum fuisse monasterii memorem, ut illud excludere vellet: sed nullum alium omnino extraneum succedere voluit, & ideo hæc limitatio displicet.

75 Vigesimo limitatur, nisi gravatus ille reservarit sibi tempore ingressus aliqua bona: tunc enim in his non videtur exclusus substitutus, cùm monasterium in ea non succedat; quod ad substituti exclusionem diximus exigi *num. vigesimotertio.* Sed dicendum est excludi substitutum, atque in ea succedere monasterium, quod illa reservatio expiravit professione. Atque ita docent *Baldus authentic. nisi rogati, num. vigesimosecundo, C. ad Trebellian. & ibi Additionator ad Salycetum, verb. loco filii.*

76 Vigesimo primo limitari potest, nisi gravatus ille post professionem ex licentia Pontificia testaretur, instituetque extraneum hæredem. Tunc enim non videtur exclusus substitutus: sicut eum non excludi diximus *n. quinquagesimoquinto*, quando id testamentum ante professionem fecisset. At dicendum est, substitutum excludi: quia cùm ea bona sint à tempore professionis perfectè adquisita monasterio, & omnino ex tunc sit exclusus substitutus, illa substitutio jam cessata nequit reviviscere, nec professus potest disponere de bonis jam adquisitis monasterio, ut diximus supra. Et ita docent *Bald. ea authenth. nisi rogati, numero vigesimotertio, Sfort. Oddo de compendios. subsist. par. sexta qu. secunda, art. 6. dub. 2. num. 20. in fin.*

77 Vigesimo secundo limitatur, nisi testator apponat conditionem, si decesserit, sine liberis, & illius matrimonii, quia, cùm monasterium nequeat dici filius illius matrimonii, excluderetur, & admittetur substitutus. Sic *Jason authent. si qua mulier, numero vigesimo.* Hæc verba solum probant testatorem intellexisse de solis veris filiis, ac monasterium non reputari ex illis filiis; at non probant voluntatem excludendi monasterii: & ideo juxta sententiam, quam ibi amplexi sumus, dicendum est, in hoc casu non excludi monasterium, quamvis Doctores contrariæ sententiæ, quos *numer. quadragesimonono* retulimus, dicerent illud excludi.

78 Quid autem, si gravatus egrediatur post professionem religionis, & extra illam obeat, translatus legitimè ad aliam, aut factus Episcopus? habes suprà.

79 Tandem superest triplex difficultas. Prima est, an substitutio pupillaris, & vulgaris expirent filio profitente in religione capaci succedendi? Breviter dico cum *Berojo c. in præsentia, numero primo, de probat. & Tapia authent. ingressi verb. sua, c. 13. num. 11. C. de sacrof. Eccles.* pupillarem non evanescere professione, quia si professio facta fuit ante pubertatem, erit irrita; & ideo substitutioni non obstitit: secus verò si facta fuit post pubertatem. Immo hodie juxta *Trident. sess. 25. de regul. c. 15.* expletis sexdecim annis, jam à tempore pubertatis, nulla expectata professione expirat substitutio illa, *l. in pupillar ff. de vulgar. & pupill. subst.* vulgaris autem expirat ea professione, quia in ea includitur conditio, si filius nolit, aut nequeat esse hæres *l. cum proponas C. de hared. instit.* At filius in ea religione professus omnia succedendi jura obtinet, & succedet in hæreditatem monasterium ex ipsius persona.

80 Secunda difficultas est, an quando testator absque aliqua conditione instituit quempiam non descendentem suum, sed fratrem, aut alium consanguineum, aut quemcumque extraneum substituendo filios, aut alios descendentes illius instituti, si is institutus ingrediatur religionem, excludantur alii substituti, & retineat in perpetuum monasterium ea bona? *Math. de Afflictis decis. Neapolitana 83. num. 13. & 14.* ait succedere monasterium. Sed contrarium est verissimum, quia cum in ea institutione, nec expressè, nec tacitè claudatur conditio, si absque liberis decesserit, non militat dispositio *c. in præsentia de probat. & §. sed & hoc præsenti authen. de sanctiss. Episc.* quæ loquitur existente hujusmodi conditione. Et ita sustinent *Peregr. de fideicommiss. art. vigesimo octavo, numero sexagesimonono, Crass. de success. §. fideicommissum qu. 40. num. secundo*, ubi allegat *Cavalcan. decis. prima numero quadragesimo sexto, & quadragesimo septimo, p. 3. Molina tom. 1. de justit. disput. 190. col. penult.* & in hoc casu intelligo loquutum *Baldum authent. nisi rogati, numero vigesimo, C. ad Trebell.* quem sequitur *Menoch. de præsumpt. libro quarto, præsumpt. 83. n. 56.* At optimè ait *Peregrin. ibi*, vivente hoc monacho retenturum monasterium ea bona; quod consonat iis, quæ *n. 10.* diximus.

81 Ultima difficultas est, an quando testator instituit descendentem suum, illum gravans, ut post mortem suam restituat hæreditatem, aut partem illius cuicumque tertio, nec explicans conditionem, si absque liberis decedat, si hic descendens ingrediatur religionem capacem, excludantur illi substituti, ac proinde bona illa in perpetuum sint monasterii, & sic idem prorsus dicendum sit, quando conditio absque liberis exprimitur, & quando ea tacitè ex juris dispositione inest? Ad hujus difficultatis intelligentiam est præmittendum, quoties descendens quivis gravatus ab ascendente restituere hæreditatem, in qua potest gravare, aut partem ejus post mortem, alicui alteri, inest conditio tacita, si descendens ita gravatus decesserit absque liberis: quoniam, etsi eam conditionem non exprimat testator, censetur juris interpretatione id ita intelligere *l. cum abus. 101. ff. de condit. & demonst. l. cum acutissimi 30. C. de fideicommiss. l. generaliter, §. cùm autem C. de instit. & substit. l. regia 10. Tauri, tit. 4. parte 6.* Dubitatur ergo, si descendens sic sub illa conditione tacitè intellecta gravatus restituere hæreditatem hæc ascendente, ingrediatur religionem successionis capacem, nulla relicta sobole, an præferatur monasterium illi substituto, illum excludens in perpetuum, perinde ac præferretur illum excludens, si expressa esset conditio, ut absque liberis decedens restituat substituto? Duplex est sententia. Prior ait monasterium succedere exclusò penitus substituto. Ducitur, quia non est major ratio, cur ea conditione expressa excludatur substitutus, non autem ea tacitè intellecta, cùm taciti, & expressi sit eadem virtus. Atque ita docent *Glossa finalis ea l. cùm acutissimi & ibi Corne. num.*

num. nono, Baldus c. in præsentia, num. 18. de probat. dicens id esse verum, sive fideicommissum sit universale, sive legatum rei certæ. *Fortun. l. gallus, §. & quid si tantum, n. 95. ff. de liber. & posthum.* & ibi, quamvis dubius, & cogitandum relinquens *Lancelot. Galiaul. n. 19. Guillelmus Benedictus c. Raynutius, verb. si absque liberis, el 1. num. 10. de testament. Greg. Lopez l. 10. verb. dexase, qu. 2. in initio tit. 4. par. 6. Anton. Gomez. r. 1. variar. c. 5. n. 34. Spino specul. test. glossa 12. in princ. n. 126. Padilla d. l. cum acutissimi n. 43.*

82 Posterior sententia (cui tamquam probabiliori adhæreo, licèt præcedens sit probabilis) asserit, tunc non excludi substitutum, sed illum post gravati professi mortem successurum in ea bona exclusо monasterio. Ducor primò, quia, cùm decisio §. *sed & hoc præsenti authent. de sanctiss. Episcopis*, sit exorbitans à jure, &*sic restringenda, ut diximus numero vigesimo septimo*, non est extendenda extra casum, in quo loquitur, qui est, quando exprimitur conditio sine liberis, eo vel maximè quod extendendo illam ad hunc casum, concurret duplex fictio in eodem subjecto contra *l. 1. C. de dot. promiss.* Altera suppleri conditionem sine liberis: altera verò monasterium succedere loco filii. Secundo, quia quando hæres extraneus nulla addita conditione gravatur restituere hæreditatem alteri extraneo, non excluditur ejus professione ille extraneus substitutus, sed succedet exclusо monasterio, ut diximus *numero septuagesimo septimo*, eo quod in eo eventu nulla insit tacita conditio, si absque liberis decesserit. Ergo idem dicendum est, quando ascendens sic gravat descendentem: quamvis enim tunc insit tacita conditio, si descendens ille absque liberis decesserit; at eam præsumit jus ex affectu, quem creditur habere ascendentem ad descendentes, & ex pietate erga eos, ut expressè dicit textus *dicta l. cum absq. & d. l. cum acutissimi*, & non favore religionis, quæ verè non est filius, nec descendens. Et confirmatur, quod non sit rationi consonum, ut extraneus sic substitutus excludat monasterium, non autem descendens, cum major soleat esse testatoris ad suum descendentem, quàm ad extraneum affectus. Et ex his patet solutio rationis contrariæ, quia nimirum non est eadem ratio expressæ, & tacitæ illius conditionis, quod tacitam supplerit jus favore solius prolis. Et ideo in hanc sententiam magis inclinat, quamvis dubius, & relinquens cogitandum *Socinus junior l. gallus, §. & quod si tantum, numero vigesimoquarto, ff. de liber. & posthum.* atque eam tenent *Costa cap. si pater 1. parte, verb. si absque liberis, numero septuagesimo; & septuagesimo primo, de testament. in 6. Avendanno junior l. 40. Tauri, gloss. 4. n. 25. Cavalcan. dec. 1. num. 47. par. 3. Molina t. 1. de just. disp. 190. col. penult., Benedictus Egidius l. Titia §. non nupserit, 100. parte 1. n. 54. ff. de cond. & demonstrat.*

83 Sed quid, si descendenti illi sit expressim absque aliqua conditione pia causa substituta, ut monasterium, aut Xenodochium, & ille obiit relicto filio, an tunc censeatur apposita ea tacita conditio, si absque liberis filius decesserit, & proinde causa pia illa excludatur ab illo filio relicto? *Barbat. c. in præsentia, à num. 69. usque ad 81. de probat.* rem latissimè disputat, & concludit *eo num. 81.* esse puram veritatem, non excludi causam piam, sed eam præferri nepoti, quia censetur potius testator diligere animam suam, quam nepotem. Item, quia potuit cogitare fore, ut ex filio illo nepotes haberet, & tamen illos non instituit: Eamdem sententiam tuentur alii pauci DD. quos referunt *Tiraquellus de privileg. pia causæ, privileg. 17. num. prima, & Mantic. de conjectur. ultim. volunt. libro decimo tit. 7. numero decimo.*

84 At verissima sententia est, intelligi adhuc tacitam illam conditionem in illa piæ causæ substitutione, si ille descendens absque liberis obierit, ac proinde iis relictis excludi omninò causam piam: Ratio est, quod eo ipso quod descendentem illum prætulit causæ piæ, visus est etiam filios illius voluisse eidem causæ piæ præferre. Et ita solvitur ratio contraria: Et ideo hanc partem sustinent *Baldus l. eum acutissimi, num. quarto*, C. *de fideicommiss.* & ibi *Paulus numero septimo, Padilla numero octavo, Guillelmus Benedictus cap. Raynutius, verb. si absque liberis, el 1. n. 25. de testamen. Tiraquellus* multos alios allegans *l. si unquam, verb. libert. in nova editione, n. 80.* C. *de revocand. donat.* & in hanc ipsemet inclinat *de privil. piæ causæ, privil. 17. num. 2. Pinell. l. 3. t. 26. G. de bonis mater. Greg. Lopez l. 10. verb. dexase, qu. 1. tit. 4. parte 6. Costa c. si pater 1. parte, verb. si absque liberis, n. 17. de testam. in 6. Antonius Gomez t. 1. variarum c. 5. n. 34.* & multi alii, quos referunt, & sequuntur *Mantica de conject. ultim. volunt. l. 10. tit. 7. à num. 7. usque ad 10.* ubi latissimè probat hanc sententiam, & *Menochius de præsumpt. l. 4. præsumpt. 89. n. 124. Spino speculo testam. gloss. 14. principali, num. 126. Molina tomo 1. de justitia, disput. 190. col. 13. vers. esto aliquis.*

85 Dupliciter temperatur hæc sententia. Prius, ut intelligatur, quando agitur de majori bonorum testatoris parte: secus si de re aliqua particulari non magni valoris: Quippe tunc non intelligitur conditio hæc tacita ad piæ causæ exclusionem ob rei modicitatem: Atque ita allegatis *Socino* juniore, & *Deciano*, tenent *Mantica n. 10. & Menoch. eodem n. 124.* & placet mihi.

86 Posterius limitatur, nisi testator exprimeret se piam causam instituere gratia exonerandæ propriæ, aut alicujus alterius conscientiæ; tunc enim pia causa præferretur filiis illius descendentis gravati. Quia censetur testator propriæ, aut alienæ conscientiæ exonerationem illis præferre velle. Sic tradunt *Guillel. Benedict. Costa n. 18. Menoch.* alios allegans *n. 124. Molin.* ubi eos refutuli *n. 81.* Sed malè allegatur *à Menochio Tiraquellus* pro hac sententia, *de privileg. piæ causæ, privileg. 68.* quia in longè diverso casu ibi loquitur. Verùm hæc limitatio displicet, & jure optimo illam allegatis *Socino seniore, & Sperello*, reprobat *Mantica eodem lib. 10. tit. 6. n. 9.* quia, sicut vivo filio testator non curavit suam conscientiam exonerare ob affectionem ad ipsum, ita non intelligitur, relictis ex illo nepotibus, voluisse suam conscientiam exonerare: quippe eadem affectio præsumitur habita erga nepotes.

87 Tandem, an substitutio facta alicui, si absque filiis decesserit, evanescat, quasi habitis filiis, si relinquat filium professum; sive in ordine capaci, sive incapaci succedendi, diximus supra.

CAPUT XVII.

Qualiter acquirantur monasterio relicta monacho ea lege, ut ad eum, & non ad monasterium pertineant, nec possit in illa superior se intromittere, & eo se intromittente perdatur legatum; & an aliquid possit à superiore ita monacho concedi, ut superior ipse auferre nequeat?

SUMMARIUM.

Quot quæstiones disputanda sint, num. 1.
An legatum relictum monacho ea conditione, ut ad ipsum, & non ad monasterium pertineat, & ut Abbas non possit auferre, valeat? Refertur quadam sententia, n. 2. & 3.
Explicatur sententia Auctoris, num. 4.
Quid si testator exprimat, ut nil juris adquiratur monasterio? num. 5.
Quid si dicat, non aliter, nec alio modo relinquo, nisi ut adquiratur monacho? num. 6.
An si Prælatus non permittat usum illius rei monacho, perdatur legatum, & an sufficiat initio consentire, si postea dissentiat? num. 7.
An possit id legatum expendi à religioso in quoscumque usus, quando sic disposuit testator, & quid si explicuit usus profanos? num. 8.
An idem dicendum sit de donatione sub prædicta conditione? num. 9.
An ex illius monachi consensu adquiratur id legatum monasterio, & si testator adiecisset pœnam, ut monasterio se intromittenti perderetur, vel dixerit; lege, donec monasterium permiserit usum monacho? & an ubi semel voluit, possit retrocedere? num. 10.
Quid si testator explicet, ut ejus legati dominium comparet religioso? Refertur quadam sententia, num. 11.
Sententia Auctoris, num. 12.
Quid sit donatio sub ea conditione? num. 13.
Quid si id legatum sit ad alimenta religiosi? num. 14.
An valeat legatum, aut incurratur pœna, quando testator addit, ut si monasterium se intromiserit, amittat legatum? Refertur quadam sententia, num. 15.
Explicatur sententia Auctoris, num. 16.
Quid si in hac pœna explicaret, ut etiam quo ad dominum pertineret ad religiosum? num. 17.
Quid si dicat, relinquo hoc religioso, donec superior illi usum permiserit? & an superiore revocante perdantur etiam fructus adquisiti? num. 18.
Quid si sic relinqueret dominium? num. 19.
An tunc possit superior auferre monacho fructus, usque tunc percepios? num. 20.
An sublatis solis perceptis amittantur in posterum adquirenda? num. 21.
An peccet Prælatus non sentiens, ut monachus habeat hoc legatum? num. 22.
An monasterio contradicente perdat legatum absque Judicis sententia? & quid de possessore contraveniente conditionibus à testatore adjunctis cum clausula, ut perdat illud? Refertur quadam sententia, num. 23.
Proponitur sententia Auctoris, num. 24.
An hucusque dicta verum habeant, quando quis reservavit sibi bona ante professionem ea lege, ut sibi cedant, & non monasterio, & amittantur superiore molestante, vel donec superior contradicat? num. 25.
An possit quis ante professionem reservare sibi aliqua bona, si fortè eum legitimè egredi contigerit? num. 26.
An huc usque dicta locum habeant in fratribus ordinis [Minorum, & religiosis Societatis JESU? remissivè, num. 27.
Post num. 27. invenies summaria qua desideraptur.

1 DUplex quæstio involvitur. Prior est de relictis sub conditione, ne superior se intromittat. Posterior de concessis à superiore ea lege, ut nequeat superior ipse auferre.

2 Quæ-

2 Quæstio prima. An valet relictum monacho ea lege, ut ad eum, non ad monasterium pertineat: nec possit superior se in id intromittere, nec auferre, quod si molestiam intulerit, volens auferre, perdatur legatum? Diversimodè loquuntur DD. quando sola conditio adjicitur, ne relictum id ad monasterium pertineat, nec possit Prælatus auferre, & quando adjicitur pœna amissionis relicti contravenienti Prælato. Et ideo uterque casus est seorsim disputandus. In priori ergo casu, quando ea conditio adjicitur, quidam sentiunt valere legatum, acquirique monasterio rejecta ea conditione. Ducuntur, quod conditio illa sit turpis, utpote paupertati promissæ repugnans: at conditiones turpes adjectæ legatis, non vitiant, sed vitiantur, ac proinde iis rejectis valet legatum, *l. 1. l. si qui ita, l. si quis ita constitutus, l. quæ sub conditione, l. conditiones quæ, & l. conditiones contra ff. de conditionibus institu, & l. 3. titul. 4. part. 6. ergo.* Et ideo hanc partem tenent *Imola l. si alienum, 49. in princ. num. 3. ff. de hæredibus inst.* & aliquantulum dubius *l. Lucius Titius, 78. §. tres hæredes, numer. 3. ff. ad Trebell. Angelus l. quidam 5. §. illo, num. 2. C. de necessariis serv. hæredibus instituendis, & l. servus uxeri, 76. numer. unic. ff. de hæredibus instituendis Paulus ea l. quidam, in fine, & ibi Corne. §. illo, numer. 3. Jason authent. ingressi, numer. 37. & 39. C. de sacrosanct. Eccles. Riminaldus institut. per quas personas à numer. 104. usque ad 108. Caldas si curatorem, verb. lesis, numer. 147. Cod. de integ. restitut.* addunt autem *Angelus, Paulus, Jason, Imola*, quamvis attento juris rigore ita sit, at attenta æquitate hortandum esse superiorem, ut monacho usum illius rei permittat.

3 Temperant aliqui ex his Auctoribus, ut intelligatur, nisi legatum illud sit pro alimentis, libris, & vestibus monachi, quia cùm monachus sit hujus legati capax, valebit id legatum. Sic *Riminaldus n. 109. & Caldas n. præced. allegatus*, & valere in hoc casu legatum tradunt etiam *Bartolus* dicens fortè hoc ita esse, *l. Lucius Titius, 78. §. tres hæredes, n. 3. ff. ad Trebell. Baldus c. clerici, in fine de judiciis, Avendano in suo dictionario, verb. monja.*

4 Sed verius est, legatum sub prædicta conditione relictum esse benignè interpretandum; ita ut ejus sensus sit, ut nihil facti pertineat ad monasterium, secus autem de jure, id est, ut commoditas, & usus, quæ quid facti sunt, pertineant ad monachum, Abbate permittente: at dominium, quod est quid juris, pertineat ad monasterium; ac proinde legatum illud valebit. Ratio hujus est, quia voluntas testatoris, si non potest directò, debet per indirectum, & omni possibili modo servari, & ita explicari, ut habeat effectum, quamvis oporteat verba à propria significatione ad impropriam distrahere, ut tradunt *Jason l. quoties in stipulationibus, numero secundo, ff. de verborum obligat. Decius l. in contrahenda, numero quinto, ff. de regulis juris Menoch.* alios referens *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 10. num. 10. & libro 6. præsumpt. 4. numero 34.* immò *Mantic.* alios referens *de conject. ultima voluntatis, libro 3. tit. quinto, numero primo*, tradit, non solum impropriè acoipienda verba, ut actus valeat, sed etiam cum violentia esse interpretanda. Ergo cùm hæc dispositio non possit, ut verba juxta suam proprietatem indicant, servari, eo quod statui religioso adversetur habere aliquid tanquam proprium, & independenter à superiore, debent intelligi in sensu expolito, quamvis improprientur verba, ut vel sic dispositio sustineatur. Secundo, quia verba in dispositionibus intelligi debent secundum conditionem personæ, ad quam diriguntur, *l. plenum, §. equitii, ff. de usu, & habitatione*, & tradit cum aliis *Menoch. de præsumpt. libr. 4. præsumpt. 78. num. 40. & 47. Mantica de conject. ultim. vol. libr. 6. titul. 1. numer.* 1. Cùm igitur hæc verba dirigantur ad monachum, qui proprietatis est prorsus incapax, & solum usum potest habere, & hunc quidem ex consensu superioris, & ab eo dependenter, verba intelligi debent, ut id legatum obtineat monachus eo modo, quo potest habere, nempe, quo ad usum permittente superiore. Tertio, quia verborum perplexitas interpretanda est ex præsumpta dispondentis voluntate, *l. qui quadraginta, in princip. ff. ad l. Falcidiam*. Cùm ergo in his verbis perplexitas quædam sit, & repugnantia, dum indicant aliquid adquirendum monacho, quod non adquiretur monasterio, confugiendum est ad præsumptam dispondentis voluntatem, quæ fuit, ut religiosus ille legato hoc potiatur omni modo possibili, & ideo, ut hæc voluntas tortiri suum effectum possit, interpretanda est modo prædicto. Tandem probari potest ex iis quæ diximus *lib. 5. cap. 4. numer. 98.* ubi statuimus religiosum professionem facientem, aliquid sibi reservando ad usumfructum, validè profiteri, quia in dubio non sunt interpretanda verba addita contractui, ita ut illius naturæ repugnent: Ergo similiter non est existimandus legatum relinquens sub conditione dicta, velle contraire voto essentiali paupertatis, quo ligatur religiosus, cui legatum facit, ac proinde velle suum legatum nullum esse. Et hinc patet solutio ad contrariam rationem propositam *numero secundo*, quia conditio illa in hoc sensu intellecta, nihil turpe continet. Et ideo hanc partem sustinent. *Bartolus l. si alienum, 49. in principio, num. secundo, ff. de hæred. instit. & authent. excipitur, num. 2. C. de bonis, quæ liberis, & ibi Angelus num. 2. Corn. in fine & ibi Ful-gos. in fine Bald. l. final. numer. 5. C. de actionibus empti. Abbas c. 2. num. 8. de statu monachorum, & consil. 44. num. 3. & consil. 63. num. 8. lib. 2. idem Angelus l. Lucius Titius, 78. §. tres hæredes, num. 2. ff. ad Trebell. & alter Angelus Summ. verb. monasterium, num. 1. Rosella verb. Abbas, num. 12. Sylvester verb. religio. 8. q. 5. Tabiena verb. monachus q. 14. n. 15. Lambertinus de jure patronatus, lib. 2. parte 1. q. 7. art. 10. num. 18. Mantica de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 5. art. 10. num. 12. Simon de Pretis de interpret. ult. volunt. lib. 2. interpretat. 2. dub. 2. folut. 7. nu. 13. Suerdus de aliment. tom. 8. privileg. 79. nu. 4. Molina tomo 1. de justitia disputatione 140. colum. 9. vers. si aliquid testamento. Azor. libr. 1. tomo 12. c. 10. q. 3. Graffis in suis decisionibus 1. parte lib. 3. c. 5. nu. 41. Fulvius Facianus conf. 36. à num. 74. per multos sequenti. tomo 1. Peregrinus consil. 53. num. 21. & duplici sequent. tomo 2. Manuel qq. regul. tom. 2. q. 125. artic. 2.* Atque sic intelectis his verbis valere hoc legatum tradunt *Paulus d. l. Lucius Titius §. tres hæredes, num. 4. Bellamer. c. quia ingredientibus, num. 3. & 19. quæst. 3.*

5 Atque hæc sententia vera est, quamvis testator in ea conditione exprimeret, ut nihil juris adquiratur monasterio; adhuc enim, ut dispositio valeat, sunt ea verba intelligenda, ut nihil juris afferens commoditatem, seu quo ad usum adquiratur monasterio, secus autem quo ad dominium: id enim probant rationes *num. præcedenti* allatæ, & tradunt *Bart. eadem auth. excipitur, numer. 2. Sylvester, Rosella nuho. 13. Simon de Pretis, Azor. Manuel. num. præcedenti relati.*

6 Nec placet, quod tradit *Bimius toto consilio sexto*, & maximè *nu. 6. vol. 1.* ubi ait, si conditio sit, ut ipsi monacho adquiratur, & non monasterio, & non aliter, nec alio modo, resolvi omnino relictum, & non valere, quia geminatio illa verborum, non aliter, nec alio modo, adeo ipsum actum resolvit, & extinguit, ut si non valet eo modo, quo geritur, nequeat ullo alio modo valere. Item, quia verborum multiplicatio importat magis enixam testatoris voluntatem, & efficit, ut ea plenius interpretanda sit, ut cum aliis tradit *Mantica de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 6. nu. 9.* Sed non placet, inquam, quia rationes traditæ *num. 4.* probant, etiam in hoc casu explicanda illa verba in eo sensu, ut actus valeat, nempe, ut testator non aliter, nec alio modo relinquat, nisi ut monachus ille ex superioris permissu potiatur usu illius rei.

7 Quod si superior non consentiat, ut commoditas hujus relicti ad religiosum illum pertineat, continuò legatum erit nullum, pertinebitque ad hæredem, deficiente conditione, sua qua est relictum, *l. unica C. de caducit. tollend.* Sic tradunt *Cynus l. quoties; in fin. C. de donat. quæ sub modo. Abbas c. 2. num. 8. de statu monachorum, Barbat. addit. ad Bart. d. auth. excipitur, numer. 2. verb. expresse. Rosella verb. Abbas, numer. 14. Angel. verb. monasterium, nuw. 3. Armilla verb. monachus, num. ult. Sylv. Azor, Molina, Manuel* ubi allegati sunt *numero 4.* Nec sufficit semel consentire, si postea Prælatus licentiam auferat, ne id legatum perdatur, quia quamvis regulare sit, satis esse conditionem momento impleri, etsi statim deficiat *l. si quis hæredem, num. 7. C. de instit. & substit.* hoc tamen bene limitat *Jason* cum aliis *ibid. numer. 14. limitat. 4.* nisi esset conditio, vel dispositio habens tractum successivum, ut si quis commoretur cum Titio; tunc enim non sufficit momentaneum implementum: at hæc conditio est hujusmodi ex præsumpta testantis, aut donantis voluntate quæ suis, ut religiosus ille semper haberet usum, & commoditatem illius rei, cui minimè satisfacit non perseverante superioris consensu.

8 Dum autem dicimus integrum esse monacho acquirere hoc legatum ex superioris permissu, intelligendum est ad solos usus religiosis permissos, ut in usus pios, & in proprias necessitates sublevandas, quod & in monasterii utilitatem redundat, utpote quod liberatur onere prospiciendi necessitatibus illis. Sic tradunt *Abbas, Rosella nu. 12. Ang. numer. 2. Armil. allegati numer. præced. Sylv. Surdus, Tabiena, Molin. Graff. allegati num. 4.* Atque hoc modo credo intelligendam conditionem, etsi testator diceret, cum conditione, ut expendat in usus, quos voluerit; intelligendum enim est de usibus religioso licitis, ut verba accommodentur personæ, ad quam diriguntur, & ut actus teneat, juxta ea, quæ *num. 4.* diximus. Quod si expressa esset conditio, ut ad quoscumque usus superfluos, & profanos, cùm hæc conditio sit turpis, dicendum est, eam conditionem rejici, & ideo, ut hæc voluntas tortiri suum effectum possit, interpretanda est modo prædicto. Tandem probari potest ex iis quæ diximus *lib. 5. cap. 4. numer. 98.* ubi statuimus religiosum professionem facientem, aliquid sibi reservando ad usumfructum, validè profiteri, quia in dubio non sunt interpretanda verba addita contractui, ita ut illius naturæ repugnent: Ergo similiter non est existimandus legatum relinquens sub conditione dicta, velle contraire voto essentiali paupertatis, quo ligatur religiosus, cui legatum facit, ac proinde velle suum legatum nullum esse. Et hinc patet solutio ad contrariam rationem propositam *numero secundo*, quia conditio illa in hoc sensu intellecta, nihil turpe continet. Et ideo hanc partem sustinent. *Bartolus l. si alienum, 49. in principio, num. secundo, ff. de hæred. instit. & authent. excipitur, num. 2. C. de bonis, quæ liberis, Rosell. Sylv. Molina, Azor, Graffis, Manuel num. 4.* allegati dixere eodem modo interpretandam esse conditionem hanc, sive legato, sive contractui, aut donationi adjectam. Ac

proinde